HISTORIARVM
MIRABILIVM
AVCTORES GRÆCI.

IOHANNES MEVRSIVS

Recenſuit; & partim COMMENTARIOS, partim NOTAS adiecit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud ABRAHAMVM ELZEVIRIVM,

ANNO cIↄ Iↄ CXXII.

Viro Clariſsimo,

REINERO BONTIO,

Medicinæ Doctori, & Profeſſori; Illuſtriſsimi Principis Auriaci Archiatro, & Academiæ hoc tempore Rectori,

IOANNES MEVRSIVS

Do, Dico, Conſecro.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RES humanas conſideranti, V. CL. illud quoque manifeſtum, vti cæterorum omnium viciſſitudinem, ita Literarum humaniorum eſſe. Nam quæ ante ſeculum iſthoc è barbarie caput ſuum extollentes, mox ad ſummum claritatis etiam gradum pervenere, nunc paullatim declinan-

tes ad barbariem priſcam redeunt. Maxime autem iſtud fatum eſt Græcarum Literarum; quarum tamen tantus vſus, ac neceſſitas, vt qui ſine his excellere, in quacunque facultate, ſeſe poſtulet, operam certe omnem ludat. At quàm longe ſtudia ſua diſiunxerunt, quotquot alijs facultatibus ſe dicârunt. Vt Theologos videamus; quotuſquiſque ex eo ordine ſacras Literas, aut antiquos Græcos Patres, intelligere Græce poſſit? Per interpretem didicerunt, quod è cathedrâ ſuos docent. Iureconſultos ſi ſpectemus, Legum dea, Themis, Græca eſt: & è Græciâ aduocatæ à Romanis olim leges: tum & Græce leges quædam, ac Nouellæ Iuſtiniani omnes, ſcriptæ, & Edicta ſatis multa Imperatorum. Verùm tamen quem è foro, curiave, mihi dabis, qui non

illud

illud, barbaro quondam iſto æuo celebratum, vſurpare nunc cogatur? GRÆCVM EST, NEC LEGI POTEST. Neque immunes huius culpæ Medici veſtri. Nam quàm multi aut Hippocratem, aut Galenum, Græce habent? nedum vt loquentem Græce intelligere, aut conſulere digne, poſſint. Et, appello fidem tuam, an non putas, horum hominum ignorantiam, dum hallucinanti interpreti parum caute obſequuntur, ægrotantibus minus valida ſæpe remedia, ſi non noxia, procurare? non de vitâ quoque humanâ, dum doctrinæ adminicula neceſſaria neglexere, interdum ludere? Iam Philoſophis quid faciemus? Philoſophia quin è Græciâ ſit petita à Romanis, pariter ac viuendi leges, nemo adeò eſt indoctus, qui ignoret. Et diuinum quis Platonem, aut naturæ

 id mi-

id miraculum Ariſtotelem, quis Interpretes vtriuſque, illos veteres, ſuâ linguâ philoſophantes, capere poſſit? Pauci omnino. En, quàm perperàm ad Eccleſiam, curiamve, aut medicinam, ac Philoſophiam item, feſtinatur. Vellem ego, Catonem omnes cogitarent, virum apud Romanos maximum, qui, ceu cæteras virtutes ſine earum Literarum cognitione imperfectas eſſe crederet, annos ſexaginta natus operam illis dare cœpit. Cauſas autem huius faſtidij inquirenti, aliquot comperiuntnr. Ac iuuentus partim ipſa, tanquam etiam ſine illis dignum ſtudijs colophonem imponere poſſit, per ſe quoque negligentior; partim etiam parentes, imperitia, aut incuria, dum inutiles iſtas putant, vt compendium aliquod ſumptus, temporiſque, facere poſſint, homines

mines ad rem attenti, huc impellunt; & negligere, ceu nil profuturas, iubent. Adde, quod Principibus ipſis non is animus, non id excitandi ſtudium, quod auorum ætate erat. Nam quis horum pretium illis iuſtum ponit? quis honorem Profeſſoribus dignum habet? Atqui tamen ita Literæ, vti iſti, æſtimantur. Quis pro verſibus Græcis ſingulis aureos totidem Oppiano nunc daturus? quis Muſuro, pro non magna Elegia, item Græca, Epiſcopatum? Non munificentiam laudo, quanquam illa omninò magna, & præconio non exiguo celebranda; verùm animum, ſicut Principe dignum erat, Literas Græcas æſtimantem. Qui affectus ſi rediret, breui ſtudia, quæ nunc iacent, excitata videremus. Ad hæc autem, vt verum fatear, aliqua etiam erudito-
rum

rum culpa accedit; qui vertendo Auctores Græcos, dum prodeſſe ſtudijs volunt, peſſimè ſanè Literis Græcis conſuluerunt. Nam dum verſa penè omnia in Latinam linguam exſtant, hinc ſecuritas primùm quædam, inde ignauia; quam ſecuta imperitia, mox contemptum quoque peperit. Quæ cùm ita ſeſe habeant, non iniuriâ quis optauerit, ne tranſlatum quicquam eſſet. At nunc ita per interpretem legere Auctores aſſuevere, vt, ni verſionem addas, vix emptorem liber Græcus ſit habiturus. Dein typographi, vti lucrum tantùm ſpectant, ſine ea nihil omnino excudere velint; &, quod hactenus à me factum, de te ſumptum facere debeas, ſi quid cupias Græcè tantum in lucem dare. Quantò magis prædicandus Aldus Manutius, qui Auctores

Græcos

Græcos plurimos, adeoque penè omnes, ſuâ ſolùm linguâ excudit. Sed felicitas ſeculi fuit, quòd tunc nulla, cuiuſcunque tandem Auctoris, vno alterove excepto, verſio exſtaret. Vnde factum, vt in eius linguæ ſtudium ſummo niſu quiſque incumberet; doctum ſe tum demum putans, poſtquam Græcè didiciſſet. Itaque æſtimati multùm Profeſſores, & frequentia in Italiâ, mox Germaniâ, Galliâque, & aduerſâ illi Angliâ, auditoria; dum contendunt multi diſcere, ſine quo ad magnam eruditionem pervenire ſe non poſſe animadvertunt. Ac vis, quod mireris maximè, tunc non adeò mirandum? Ioannes Capnio, vir inſignis, Ingolſtadij, ante centum iſtos annos, Plutum Comici auditoribus plus trecentis ſe expoſuiſſe ſcribit. Nunc hoc ſeculum

videamus, & in Academias omnes inquiramus, luſtremuſque auditoria; quantum certè infra iſtum vbique numerus apparebit? Quin vix totidem Græcæ linguæ ſtudioſos tota nunc Europa habeat. Quàm iniquè igitur faciunt, qui iniuriam temporum publicam in priuatam Profeſſorum culpam vertunt. Quaſi verò humanum genus ita comparatum eſſet, bona pluribus vt placerent; aut procliue adeò foret, iuuentutem, bona ſua ignorantem, ad lectionem aliquam cogere. Nempe olim Antimachus etiam vnum tantùm Platonem habuit, qui audire ipſum vellet. Verùm age, bonâ fide; vt impingi iſtis poſſit, etſi ne hoc quidem rectè, qui non aliam Academijs operam vllam, præter lectionum, nauant; an quis paucos, ſine iniuriâ manifeſtâ,

illis

illis auditores dixerit, qui, iam editis lucubrationibus multis mutâ quoque voce docentes, totum literatum orbem auditorium ſuum fecere? Sed tu longè meliùs iudicas, pretiumque Literis Græcis verum ponis; quippe qui à puero ſtatim à parente, Græcè item peritiſſimo, accepiſti, quantum in his præſidij eſſet ijs omnibus, qui feliciter ſtudia cætera perſequi velint. Ideoque & progreſſus hos feciſti, vti etiam adoleſcenti Philoſophicam tibi cathedram Academiæ Curatores demandarent. Deinde in Medicinâ item faciendâ adeò ſanè antecellis, vt tibi Illuſtriſſimus Princeps corporis ſui valetudinem permittendam, & primarij Medici locum honoris tui ergo dandum, exiſtimauerit. Macte hac felicitate, ac virtute; & hunc Apollonium noſtrum iſto ad-

adfectu accipere velis, quo me vltro proſequendum ſuſcepiſti: tum, quemadmodum ſponte tuâ, nullo à me beneficio prouocatus, amorem mei concepiſti, ita pro conſtantiâ tuâ vt conſerues, augeaſque, etiam te atque etiam rogo. Dabo operam, ne quid vnquam in ingratum contuliſſe videaris. Benè vale, V. CL. Lugduni Batauorum; ad diem VII Ianuarij cIↄ Iↄ c xx.

HAbe hunc libellum, Lector; cui ego Auctorem ſuum, & titulum, reddidi. Hactenus enim in Scriptorum tanto numero, quibus nomen Apollonijs, cuius eſſet Apollonij, ignoratum. Ego verò, non incertâ coniecturâ, niſi me amo, eſſe illum Alexandrini, cui Dyſcoli cognomentum, deprehendi, Suidæ indicio; cuius etiam beneficio titulum erui, librariorum temerariâ nimis audaciâ immutatum. Quem ad modum in Heraclide Pontico factum ab ijſdem, cuius Opus, Ἀλληγορίαι εἰς τὰ τοῦ Ὁμήρου περὶ θεῶν εἰρημένα, hodiè inſcriptum; cùm Auctor tamen Λύσεων Ὁμηρικῶν titulum dederit, vt propediem, volente Deo, cùm editionem eius renovabo, ſum oſtenſurus. Sic Cornutus, quem Phurnutum malè vocant, hodie inſcribitur, Περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως: Verus tamen titulus fuit, Περὶ Ἑλληνικῆς θεολογίας.

λογίας. Fidem pro me Etymologici Auctor faciet, cuius iſta alibi verba. Ζεὺς, ὁ Κορνοῦτος ἐν τῷ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΘΕΟΛΟΓΙΑΣ. Theodoretus item, Therapeut. ι. Κορνοῦτος δὲ ὁ φιλόσοφος τὴν ΕΛΛΗΝΙΚΗΝ ΘΕΟΛΟΓΙΑΝ ξυντέθηκε. Quod ad Apollonium attinet; primus dedit ante annos quinquaginta, & quod excurrit, idem qui Phlegontem quoque, & Antigonum, vir doctiſſimus, Gulielmus Xylander, cum Latinâ verſione, quæ hîc denuo exhibetur. Mutilum autem eſſe iudico; & fragmentum tantùm aliquod maioris Operis. Inde colligo, quod, quæ Phlegon capp. xi. & xiii. hoc Auctore nobis tradit, inde petita ſine dubio, nuſquam hîc conſpiciantur. Sed quid? inquies. an tu, quæ de terræ motu Aſiatico illic tradit, Dioni etiam, Suetonio, Tacito, Straboni, & Plinio, commemorata, falſa cenſes? non ego iſta. ſed, quæ de coloſſo addit, vrbiumque item ſtatuis, cùm Auctorum citatorum nullus referat,

rat, falſa non iniuriâ dixero; & pro talibus Apollonio in hoc Opere collocata. Habes meum de Scriptore hoc iudicium. Si quis certiora proferet, huic ſubſcribam. Interim, mi Lector, iſtis vtere, ac fruere; & me ama.

PETRVS SCRIVERIVS

V. CL. IOANNI MEVRSIO,

Græcæ linguæ Profeſſori, optimè de Republ. literariâ merito, ac merenti.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ITERVMNE *præla, magne myſta Muſarum,*
Operæque fervent? Fonte ceu inexhauſto
Manant perennes, & ſcaturiunt, rivi:
Sic ora noſtra fluctibus caballinis
Prolixè inundas, melque iungis Actæum,
Totumque Hymetton excutis vigil-ſemper,
Semperque navans publico. Bonum factum!
Hinc rumor albâ Meurſium *vehit pennâ,*
Humoque ſpretâ tollit ad Deûm templa,
Superiſque miſcet. Macte! quid petes ultra?
Quid cogitabis? vivus, & videns, diuæ
ÆTERNITATI *conſecratus es,* Meurſi.
Macte, euge! parti macte nominis famâ!
Referre forſan unctius caput poſſis,

At

At maius addi non poteſt tibi nomen.
Minore quamquam circulo coroneris,
Juveniſque rarus ſedeat in tuis ſcamnis,
Tunc cum Batauæ Palladis manu ductus
Probare poſſet diligentiam MeursI,
Jllam invidendam, maximéque ſpectatam:
Quamquam (inquam) abhorrens deſerat ducem (miles,
Fugiatque Graio pectus imbui ſucco,
Tergique aceto nolit; ac ſuas Muſas
Statim propellat ad tribunal Aſtreæ;
Senemve Coum, voce Romulâ fractum;
Aut Sacra ad ipſa denique; (ô probrum ſecli!)
Sintque otioſæ Græciæ venuſtates,
Superfluumque nomen Helladis vulgo;
Tamen docere pergis, ac, licet paucos,
Ducis volenteis, imbuiſque doctrinæ
Liquore priſcæ, Cecropiſque ſuadelâ.
Nec turbat animum, quod ſit infrequens miles
Ad ſigna, Meurſi. conſcius tibi namque es,
Præire te, ſed cæteros ſequi nolle.
Qui ſi ſequantur, plurimuſque conventus
Ab ore docto pendeat, putent quidam
Superbiendum: ſed tumere nolito.

*** *Non*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Non vana plebis aura pectus invictum
Inflat, ſeverâ lege quod polit Titan.
Faſtu laborat, & gravi cubat morbo,
Craſſæ numellis Imperitiæ vinctus,
Quicunque ſe hinc metitur, & trahit caudam.
Auditor unus Socrati, & ſatis nullus.
Nec fractus heros infrequentiâ quiſquam.
Non magnus animus ceſſit, aut Heræ tergum
Dedit novercæ. ſubrui nequit fortis,
Totuſque perimi. ridet Æaci noctem.
Hominûm Deumque corculum perennavit.
Studium (fatemur) excitabit auditor:
Vbi adſit ille, neſciunt Deæ frigus,
Gaudentque Muſæ lætiore conſpectu.
Sed Fata quid ſi, & negligens ſtupor ſecli,
Diſcendi amorem ſubtrahant iuuentuti,
Et in cathedra magnus algeat Varro,
Cui imputandum? Diligentiæ nullum
Pretium eſt, locuſque, Fata ſi negent aures;
Homineſque nugis occupentur inſulſis,
Tectique opacâ nocte barbariſmorum
Vix illa claræ tela lucis admittant.
Non ferre quippe noctuæ diem poſſunt.

Securus

Securus iſta temnis, & ſapis, Meurſi;
Ac de iuventâ, ſeculoque, non ceſſas
Benè promereri, quà docendo, quà libros
Vſque edolando. commodoque multorum
Studes: faciſque, ſtupeat ut tuum nomen
Exter, colatque. Macte præmio, macte!
Nunc infrequens ſit (quid moraris?) auditor,
Et te ſcholarum publicum licet fatum
Vexet, prematque, cum ſodalibus multis,
Nihil pericli eſt. Vapulet genus vecors,
Inerſque vulgus: Meurſius ſibi cavit
Abundè, ut illi haud deeſſe poſſit auditor,
Qui liberalis ſparſit ingenI dotes
Per univerſas quà patet Thetis terras;
Et debitores exteras habet gentes,
Gallos, Britannos, Italos, Iberoſque,
Doctoſque Belgas, ſeduloſque Germanos.
Populi heic negentur, oſcitetque Lugdunum;
Jam totus Orbis Atticos favos optet,
Cupiatque dici Meurſianus auditor.

SERIES

Operis.

APOLLONII *Hiſtoria Commentitia Liber.*
IOANNIS MEVRSI *De Scriptoribus eius nominis* SYNTAGMA.
Eiuſdem in Apollonium COMMENTARIVS.
INDICES *tres. quorum duo, in Apollonium; tertius, in Syntagma adiunctum, & Commentarium.*

APOLLONII

DYSCOLI,

Alexandrini, Grammatici, Hiſtoriæ Commentitiæ Liber.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ, ΤΟΥ ΔΥΣΚΟΛΟΥ, Ἀλεξανδρέως, Γραμματικοῦ,

Περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας.

ΚΕΦ Α'.

ΒΩ'λου Ἐπιμενίδης ὁ Κρὴς λέγεται ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν ἀδελφῶν τοῦ πατρὸς, ἀποσταλεὶς εἰς ἀγρὸν, πρόβατον ἀγαγεῖν εἰς τὴν πόλιν, καταλαβούσης αὐτὸν νυκτὸς, παραλλάξαι τῆς τρίβου. καὶ κατακοιμηθῆναι ἔτη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα· καθάπερ ἄλλοι τε πολλοὶ εἰρήκασιν, ἔτι καὶ Θεόπομπος ἐν ταῖς Ἱστορίαις, ἐπιτρέχων τὰ κατὰ τόπους θαυμάσια. Ἔπειτα συμβῆναι ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, τοὺς μὲν οἰκείους τοῦ Ἐπιμενίδου ἀποθανεῖν· αὐτὸν δὲ, ἐγερθέντα ἐκ τοῦ ὕπνου, ζητεῖν ἐφ' ὃ ἀπεστάλη πρόβατον. μὴ εὑρόντα δὲ, πορεύεσθ' εἰς τὸν ἀγρόν. ὑπελάμβανε γὰρ ἐγηγέρθαι·

APOLLONII DYSCOLI,

Alexandrini, Grammatici, Hiſtoriæ Commentitiæ Liber.

Cap. I.

EPimenides Boli F. Cretenſis, à patre & fratribus in agrum miſſus, ouis in vrbem adducendæ cauſa, fertur, cùm eum nox obrueret, à ſemita deflexiſſe, ac dormiuiſſe per LVII. annos. quod cùm alij memoriæ prodiderunt, tum Theopompus in Hiſtorijs, percurrens, quæ ſingulis locis mirabilia euenerunt. Interea verò temporis propinquos Epimenidis, vitam cum morte commutaſſe; ipſum

ſomno ſolutum (opinatum autem fuiſſe, eadem ſe die euigilaſſe, qua obdormiuiſſet) ouem, cuius gratia miſſus fuerat, quæſiuiſſe. quam cùm non inueniret, rus profectum, prædium reperiſſe venditum; & inſtrumenta mutata. itaque in vrbem abijſſe, domumque vt venerit, ibi de omnibus rebus cognouiſſe: inter quæ etiam de temporo ſuæ abſentiæ. Et perhibent Cretenſes, vt eſt apud Theopompum, mortuum eum eſſe natum annos CL. Feruntúrque de hoc viro alia etiam haud pauca mirabilia.

CAP. II.

Ariſteas Proconneſius, vt hiſtoria fertur, cùm eſſet in fullonis cuiuſdam officina in Proconneſo mortuus, eadē die, atq; hora, à multis in Sicilia viſus eſt, litteras docens. Quod cum eis ſæpius eueniſſet, & per multos annos innotuiſſet, ac crebius in Sicilia ſe eius imago offerret; Siculi aram ipſi poſuerunt, atque vt heroi ſacrificarunt.

CAP.

γέρθαι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἧπερ ἔδοξεν κεκοιμῆσθαι. καὶ καταλαβὼν τὸν ἀγρὸν πεπραμένον, καὶ τὴν σκευὴν ἠλλαγμένην, ἀπαίρειν εἰς τὴν πόλιν. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, ἐκεῖθεν πάντα ἔγνω· ἐν οἷς καὶ τὰ περὶ τοῦ χρόνου, καθ' ὃν ἀφανὴς ἐγένετο. λέγουσι δὲ οἱ Κρῆτες, ὥς φησιν Θεόπομπος, ἔτη βιώσαντα αὐτὸν ἑκατὸν πεντήκοντα ἀποθανεῖν. λέγεται δὲ περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα παράδοξα.

ΚΕΦ. Β'.

Ἀριστέαν δὲ ἱστορεῖται τὸν Προικοννήσιον, ἔν τινι γναφείῳ τοῦ Προικοννήσου τελευτήσαντα, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, καὶ ὥρᾳ, ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ πολλῶν θεωρηθῆναι, γράμματα διδάσκοντα. ὅθεν πολλάκις αὐτῷ τοῦ τοιούτου συμβαίνοντος, καὶ περιφανοῦς γιγνομένου διὰ πολλῶν ἐτῶν, καὶ πυκνότερον ἐν τῇ Σικελίᾳ φανταζομένου, οἱ Σικελοὶ ἱερόν τε καθιδρύσαντο αὐτῷ, καὶ ἔθυον ὡς ἥρωϊ.

Cap. III.

De Hermotimo Clazomenio huiuſmodi fabulæ narrantur. Animam eius, extra corpus euagatam, per multos annos peregrinatam, varijs in locis futura prædixiſſe: vt imbres magnos, ſiccitates, terræmotus, peſtilentias, aliaque id genus, iacente interim corpuſculo. tum eam longo temporis interuallo corpus, veluti exuuium quoddam, intraſſe, idque excitaſſe. Id cum ſæpenumero egiſſet, vxorique mandaſſet, vt à ſuo diſceſsu nemo, neque ciuis, neque alius homo, corpuſculum attingeret: quidam, domum ingreſſi, à muliere precibus impetrarunt, vt nudum, immobilemque, humi iacentem ſpectarent Hermotimum. quem ij, igne facto, cremarunt: exiſtimantes, & anima reuerſa, & quò ſe reciperet non inueniente, ipſum

prorſus

prorſus moriturum. quod & accidit. Cæterùm Clazomenij Hermotimũ in hunc vſque diem venerantur, fanumq́ue ei dedicarunt, in quod mulieribus ingredi non licet, ob cauſam expoſitam.

CAP. IV.

Abaris ex Hyperboreis, ipſe quoque Theologus fũit. Scripſit oracula regionibus, quas peragrauit, quæ hodieq́ue extant. prædixit is quoque terræmotus, peſtes, & ſimilia, ac cœleſtia. Ferunt eum, cum Spartam aduenisset, Lacones monuiſſe de ſacris mala auertentibus; quibus peractis, nulla poſtmodò Lacedæmone peſtis fuerit.

CAP. V.

De Pherecyde hæc narrantur: cum in Scyro inſula ſitientem aliquando, aquam à diſci-

ὅπου εἰσδύσεται, παντελῶς στερήσεσθαι τοῦ ζῆν· ὅπερ καὶ συνέπεσεν. Τὸν μὲν οὖν Ἑρμότιμον Κλαζομένιοι τιμῶσι μέχρι τοῦ νῦν, καὶ ἱερὸν αὐτοῦ καθίδρυται, εἰς ὃ γυνὴ οὐκ εἰσέρχεται, διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν.

ΚΕΦ. Δʹ.

Ἄβαρις δὲ ἐξ Ὑπερβορέων ἦν μὲν καὶ αὐτὸς τῶν θεολόγων. ἔγραφε δὲ καὶ χρησμοὺς ταῖς χώραις περιερχόμενος, οἵ εἰσιν μέχρι τοῦ νῦν ὑπάρχοντες. προέλεγεν δὲ καὶ οὗτος σεισμοὺς, καὶ λοιμοὺς, καὶ τὰ παραπλήσια, καὶ τὰ γινόμενα κατ' οὐρανόν. λέγεται δὲ τοῦτον, εἰς Λακεδαίμονα παραγενόμενον, εἰρηκέναι τοῖς Λάκωσι, κωλυτήρια θῦσαι τοῖς θεοῖς· καὶ ἐκ τούτου ὕστερον ἐν Λακεδαίμονι λοιμὸς οὐκ ἐγένετο.

ΚΕΦ. Εʹ.

Τὰ δὲ περὶ Φερεκύδην τοσαῦτά τινα ἱστορεῖται. Ἐν Σκύρῳ ποτὲ τῇ νήσῳ διψῶν-

τα, ὑδάπον αἰτῆσαι παρά τινος τῶν γνωρίμων. τὸν δὲ πόντα, εἰπεῖν, σεισμὸν ἐσόμενον ἐν τῇ νήσῳ μετὰ τρίτην ἡμέραν. τούτου δὲ συμβάντος, μεγάλην δόξαν αὐτὸν ἀπενέγκασθαι. πάλιν δ᾽ εἰς Σάμον πορευόμενος, εἰς τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν, ἰδεῖν πλοῖον εἰς τὸν λιμένα καταγόμενον, καὶ εἰπεῖν τοῖς συνεστῶσιν, ὡς οὐκ εἰσελεύσεται εἴσω τοῦ λιμένος. ἔτι δὲ λέγοντος αὐτοῦ καταρραγῆναι γνόφον, καὶ τέλος ἀφανισθῆναι τὴν ναῦν.

ΚΕΦ. ς'.

Τούτοις δὲ ἐπιγενόμενος Πυθαγόρας, Μνησάρχου υἱὸς, τὸ μὲν πρῶτον διεπονεῖτο περὶ τὰ μαθήματα, καὶ τοὺς ἀριθμούς· ὕστερον δέ ποτε καὶ τῆς Φερεκύδου τερατοποιΐας οὐκ ἀπέστη. καὶ γὰρ τῷ Ποντίου πλοίῳ εἰσερχομένῳ φορτίον ἔχοντι, καὶ τῶν παρατυχόντων εὐχομένων, σῶον εἶναι κατελθόντων διὰ τὸν φόρτον, ἑστῶτα τοῦτον εἰπεῖν. μικρὸν τοίνυν φανήσεται ὑμῖν σῶμα ἄγον τὸ πλοῖον τοῦτο. πάλιν δὲ ἐν Καυλωνίᾳ, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης,

à diſcipulorum quodam homine petijſſe, quã cùm bibiſſet, pronunciaſſe, terræmotum poſt triduum ea in inſula futurum. quod dictũ vt exitus comprobauit, magnam eum reportaſſe gloriam. Rurſum Samum profectum, ad Iunonis templum, vidiſſe nauim portui ſubeuntem: ac dixiſſe adſtantibus, eam intra portum non peruenturam. ipſoque adhuc loquente, nimbum de cœlo præcipitem actum, nauimque perijſſe.

Cap. VI.

Subſecutus hos Pythagoras Mneſarchi F. principio mathematibus, ac numeris, animum intendit. Poſtea verò, Pherecydis etiam præſtigijs non abſtinuit. Nam Pontij naue adueniente, mercibus, onuſta, & ijs, qui aderant, optantibus vt ſalua portum intraret, propter merces, adſtans ipſe: Ergo, inquit, exiguum vobis apparebit corpus, hanc ducens nauim. Rurſum in Caulonia (vt ait Ariſtoteles, ſcri-

bens de eo etiam multa alia) in Etruria ſerpentem, qui morſu necabat, iſte mordens interfecit. Seditionem enim orientem ſuis indicauit diſcipulis : ideoque Metapontum tranſijt, nemini viſus. Et fluuium, qui infra Samum eſt, tranſiens, vocem humana maiorem audiuit, quæ diceret : *Salue Pythagora*. vnde ſummus comitibus incidit pauor. Viſus eſt aliquando Crotone, & Metaponti; eadem die, atque hora. Aliquando in theatro ſedens, vt Ariſtoteles refert, ſurrexit, & ſeſſoribus demonſtrauit femur ſuum aureum. Feruntur de eo etiam alia mirabilia. Nos autem, nolentes tranſſcriptorum munere fungi, hic finem facimus.

CAP. VII.

Ariſtoteles in Natalibus Quæſtionibus.

γράφων περὶ αὐτοῦ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα λέγει, καὶ τὸν ἐν Τυρρηνίᾳ φησὶν δάκνοντα θανάσιμον ὄφιν, αὐτὸς δάκνων, ἀπέκτεινεν. καὶ τὴν γινομένην δὲ στάσιν τοῖς Πυθαγορεί-οις προειπεῖν. διὸ καὶ εἰς Μεταπόντιον ἀπῆ-ρεν, ὑπὸ μηδενὸς θεωρηθείς. καὶ ὑπὸ τοῦ κατὰ Σάμον ποταμοῦ διαβαίνων σὺν ἄλλοις, ἤ-κουσε φωνὴν μεγάλην ὑπὲρ ἄνθρωπον· ΠΥΘΑΓΟΡΑ ΧΑΙΡΕ. τῶν δὲ πα-ρόντας περιδεεῖς γενέσθαι. ἐφάνη δέ ποτε καὶ ἐν Κρότωνι, καὶ ἐν Μεταποντίῳ, τῇ αὐτῇ ἡμέ-ρᾳ, καὶ ὥρᾳ. ἐν θεάτρῳ δὲ καθήμενός ποτε ἐξανίσταται, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, καὶ τὸν ἴδιον μηρὸν παρέφαινε τοῖς καθημένοις εἰς χρυσοῦν. λέγεται δὲ περὶ αὐτοῦ καὶ ἄλλα τινὰ παράδοξα. Ἡμεῖς δέ, μὴ βουλόμενοι μετα-γραφέων ἔργον ποιεῖν, αὐτοῦ τὸν λόγον κα-ταπαυσόμεθα.

ΚΕΦ. Ζ.

Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς Φυσικοῖς Προβλή-

bus tradit, eos, qui hordeum plantant, pallidiora habere corpora, quàm qui triticum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cap. VIII.

Andron in quarto libro Sacrificiorum ad Philippum ſcribit, in Attica nullam cornicem viſam eſſe in arcem intrare; vt neque in Papho muſcam per fores Veneris.

Cap. IX.

Ariſtoteles in Natalibus Quæſtionibus author eſt, eos, qui ſemel tantùm cibo vtuntur, moroſiores eſſe ijs, qui bis.

Cap. X.

Theopompus in Mirabilibus perhibet, ludis Olympicis, cum multi miluij obuolarent,

larent, ac carnes diriperent, ſacrificiorum carnes intactas manſiſſe.

Cap. XI.

Ariſtoteles in Barbaricis Conſuetudinibus narrat, in Caria ſcorpios naſci, qui peregrinos ſi feriant, non admodum lædant; indigenas autem, illicò occidant.

Cap. XII.

Apud Babylonem, Euphrate traiecto, exigui dicuntur eſſe angues, qui peregrinos feriant, ab incolis abſtineant.

Cap. XIII.

In libro *De Fabuloſis locorum rebus* eſt, cum Halicarnaſſi ſacrificium quoddam Ioui Aſcræo peragitur, gregem caprarum, ad fanum adductum, conſiſtere; votiſque abſolutis, vnam earum, nemine

ειζόντων, τὰ διαφερόμενα κρέα τῶν ἱεροθύτων ἀθιγῆ μένειν.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Νομίμοις Βαρβαρικοῖς, τῆς Καρίας σκορπίοι γίνονται, οἱ τοὺς μὲν ξένους πατάξαντες, οὐ λίαν ἀδικοῦσι· τοὺς δὲ ἐπιχωρίους, παρ' αὐτὰ ἀποκτείνουσιν.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Περὶ Βαβυλῶνα δὲ, διαβάντι τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, ὀφίδια γίγνεται· καὶ τοὺς μὲν ξένους, τύπτει· τοὺς δ' ἐντοπίους, οὐκ ἀδικεῖ.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Ἐν τῷ κατὰ τόπους Μυθικῷ, ἐν Ἁλικαρνασσῷ θυσίας τινὸς τῷ Διῒ τῷ Ἀσκραίῳ συντελουμένης, ἀγέλην αἰγῶν ἄγεσθαι πρὸ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἵστασθαι. τῶν δὲ κατευχῶν συντελεσθεισῶν, προβαίνειν μίαν αἶγα, ὑπὸ μηδενὸς ἀγομένην, καὶ προσέρχεσθαι τῷ

βωμῷ. τὸν δὲ ἱερέα, λαβόμενον αὐτῆς, καλλιερεῖν.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Φύλαρχος ἐν τῇ η', τῶν Ἱστορικῶν, καὶ κατὰ τὸν Ἀράβιον φησὶ κόλπον πηγὴν εἶναι ὕδατος, ἐξ οὗ εἴ τις τοὺς πόδας χρίσειεν, συμβαίνειν εὐθέως ἐντείνεσθαι ἐπὶ πολὺ τὸ αἰδοῖον. καὶ τινῶν μὲν, μὴ δ' ὅλως συστέλλεσθαι· τινῶν δὲ, μετὰ μεγάλης κακοπαθείας, καὶ θεραπείας, ἀποκαθίστασθαι.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Σκύμνος δὲ ὁ Χῖος τὴν Βρεττανικὴν νῆσον λέγει σταδίων εἶναι τετρακοσίων τὸ περίμετρον. γίγνεσθαι δὲ ἐν αὐτῇ τὰ γεννήματα ἀπύρηνα, οἷον τὰς ἐλαίας πυρῆνας μὴ ἔχειν, μηδὲ βότρυς γίγαρτον, μηδὲ τὰ ἐμφερῆ τούτοις.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Θεόφραστος δὲ ἐν τῇ Περὶ τῶν φυτῶν πραγμα-

ducente, progeſſam ad aram accedere, quā ſacerdos arreptam litet.

Cap. XIV.

Phylarchus libro Hiſtoriarum octauo ſcribit, apud ſinum Arabicum fontem eſſe aquæ, qua ſi quis pedes inungat, membrū virile admodum intendatur: ita vt quibuſdam omnino nunquam remittatur, quibuſdam non niſi poſt magnos cruciatus, & curam medicam.

Cap. XVI.

Scytinus Chius Britannicam inſulam ambitum habere ait ſtadiorum cccc. in ea fructus ſine nucleis naſci: nam neq; in oliua nucleum, neq; in vua acinum repeririri. idemque fieri in alijs id genus frugibus.

Cap. XVI.

Theophraſtus in tractatu De plantis tradit,

tradit, ſi quis thapſiam radicem, qua medici vtuntur, cum carnibus coquat, eas de multis fruſtis in vnum ita coaleſcere, vt eximi è vaſe nequeant.

CAP. XVII.

Cteſias ſcriptum reliquit, lignum apud Indos naſci, quod appelletur Parybum. id omnia oblata ad ſe trahere, aurum, argentum, cuprum, æs, & omnia alia metalla: quinetiam paſſerculos, in propinquo locatos. Quod ſi maius incrementum fecerit, trahere etiam ad ſe capras, oues, & æqualia animalia.

CAP. XVIII.

Phylarchus libro Hiſtoriarum xx. ex India memorat albam eſſe allatam radicem, quam contuſam cum aqua pedibus illinant: viroſque eo vſos cataplaſmate, rei Venereæ obliuiſci, & fieri eunuchorum ſimiles. itaque eo inungi impubes etiamnum, qui deinde ad finem vſq; vitæ nunquam arrigant.

CAP.

πραγματεία, τὴν θαψίαν ῥίζαν, ᾗ οἱ ἰατροὶ χρῶνται, ἐάν τις σὺν κέρασιν ἑψήσῃ, τὰ πολλὰ ἓν γίγνεσθαι, ὥστε ἐκ τῶν ἀγγείων μηκέτι δύνασθαι ἐξαιρεθῆναι.

ΚΕΦ. ΙΖ΄.

Κτησίας παρ' Ἰνδοῖς ξύλον γίνεσθαί φησιν, ὃ καλεῖται πάρυβον. τοῦτο ἐφ' ἑαυτὸ ἕλκει πᾶν τὸ προσκομισθὲν αὐτῷ, οἷον χρυσόν, ἄργυρον, κασίτερον, χαλκόν, καὶ τἄλλα μέταλλικὰ πάντα. ἕλκει δὲ καὶ τὰ συνεγγὺς ἰσάμμα στρουθία. ἐὰν δὲ μεῖζον ᾖ τὸ ξύλον, καὶ αἶγας, καὶ πρόβατα, τε τὰ ὁμήλικα ζῷα.

ΚΕΦ. ΙΗ΄.

Φύλαρχος ἐν κ΄ Ἱστοριῶν, ἐκ τῆς Ἰνδικῆς φησὶν ἐνεχθῆναι λευκὴν ῥίζαν, ἣν κόπτοντες μεθ' ὕδατος καταπλάττειν τοὺς πόδας. τοὺς δὲ καταπλασθέντας ἄνδρας τῆς συνουσίας λήθην ἴσχειν, καὶ γίγνεσθαι ὁμοίους εὐνούχοις. διὸ καὶ ἔτι ἀνήβων ὄντων καταχρίουσι, καὶ μέχρι θανάτου οὐκ ἐπαίρουσιν.

ΚΕΦ. ΙΘʹ.

Ἡρακλείδης δὲ ὁ Κρητικὸς, ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων, κατὰ τὸ Πήλιον ὄρος φύεσθαί φησιν ἄκανθαν καρποφόρον, ἧς τὸν καρπὸν ἐάν τις, τρίψας μετ᾽ ἐλαίου, καὶ ὕδατος, χρίσῃ τὸ αὐτοῦ ἢ ἄλλου σῶμα, χειμῶνος ὄντος, οὐκ ἐπαισθήσεται τοῦ ψύχους.

ΚΕΦ. Κʹ.

Κτησίας δὲ ἐν τῇ δεκάτῃ Περσικῶν, καμήλους τινὰς ἐν χώρᾳ γίγνεσθαι, ἃς ἔχειν τρίχας πρὸς Μιλήσια ἔρια τῇ μαλακότητι. ἐκ δὲ τούτων τοὺς ἱερεῖς, καὶ τοὺς ἄλλους δυνάστας, τὰς ἐσθῆτας φέρειν.

ΚΕΦ. ΚΑʹ.

Τῶν παρατετηρημένων δ᾽ ἐστὶ, τὸ τὰ δίχηλα μόνα τῶν ζώων εἰς τοὺς ὀπισθίους πόδας ἀστραγάλους ἔχειν. ἀποδέδωκεν τὴν αἰτίαν Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Φυσικοῖς Προβλήμασιν,

διὰ τί

Cap. XIX.

Heraclides Cretenſis in libro De Vrbibus Græciæ, apud Pelium montem ait naſci ſpinam frugiferam, cuius fructum, cum oleo tritum, & aqua, ſi quis ſuo aut alterius inungat corpori hyeme, frigus non ſentiat.

Cap. XX.

Cteſias libro Rerum Perſicarum decimo, camelos eſſe ea in regione prodit, quarum pili mollicie lanas Mileſias æquant: ſacerdoteſque, & alios proceres, veſtes ex ijs confectas geſtare.

Cap. XXI.

Obſeruatum eſt, ſolùm ea animalia, quæ bifidas habent vngulas, talos habere in poſterioribus pedibus. & Ariſtoteles in Naturalibus Quæſtionibus cauſam reddit, cur non in prioribus, ſed in poſterio-

ſterioribus. Nihil enim fruſtra fecit natura.

CAP. XXII.

Id quoque animaduerſum eſt vſu vitæ, nullum cornutum animal pedere. huius quoque vir eo libro idem rationem retulit.

CAP. XXIII.

Mirum id quoque eſt, ſolem noſtra corpora adurere, ignem nequaquam. Et quòd adamas, in igne verſatus, non caleſit. Item, quòd magnes lapis interdiu trahit: noctu aut omnino non, aut minus certè.

CAP. XXIV.

Eudoxus Rhodius circa Celticam ait eſſe quandam nationem, quæ interdiu nihil, noctu duntaxat videat.

CAP.

διὰ τί ἐν τοῖς ὀπισθίοις, καὶ οὐκ ἐμπροσθίοις. Οὐδὲν γὰρ μάτην ἡ φύσις ἐποίησεν.

ΚΕΦ. ΚΒ΄.

Συνῶπται δὲ ἐν τῷ βίῳ καὶ τὸ μηδὲν τῶν κερασφόρων ζώων ἀποψοφεῖν. ἀποδέδωκεν δὲ καὶ τούτων τὴν αἰτίαν Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Προβλήμασιν.

ΚΕΦ. ΚΓ΄.

Θαυμαστὸν δὲ, καὶ τὸν ἥλιον ἐπικαίειν ἡμᾶς· τὸ δὲ πῦρ, μηδ᾽ ὅλως. καὶ τὸ, τὸν ἀδάμαντα μὴ θερμαίνεσθαι πυρούμενον. καὶ μάγνητα λίθον, ἡμέρας μὲν οὔσης, ἕλκειν· νυκτὸς δὲ, ἧττον, ἢ οὐδὲ ὅλως, ἕλκειν.

ΚΕΦ. ΚΔ΄.

Εὔδοξος ὁ Ῥόδιος περὶ τὴν Κελτικὴν εἶναί τι ἔθνος φησὶν, ὃ τὴν ἡμέραν, οὐ βλέπειν· τὴν δὲ νύκτα, ὁρᾶν.

ΚΕΦ. ΚΕ΄.

Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ μέθης, Ἄνδρων, φησὶν, Ἀργεῖος ἐσθίων πολλὰ, καὶ ἁλμυρὰ, καὶ ξηρὰ, δι' ὅλου τοῦ βίου ἄδιψος, καὶ ἄποτος, διετέλεσεν. ἔτι δὲ πορευθεὶς εἰς Ἄμμωνα, διὰ τῆς ἀνύδρου ὁδοῦ, ἄλφιτα ξηρὰ σιτούμενος, οὐ προσηνέγκατο ὑγρόν. τοῦτο δὲ ἐποίησε δι' ὅλου τοῦ βίου.

ΚΕΦ. ΚϚ΄.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ Περὶ τῆς ζωῆς καὶ θανάτου φησὶν, τὴν χελώνην, στερισκομένην τῆς καρδίας, ζῆν. οὐκ ἔτι δὲ διώρισεν ποίαν αὐτὴν, ἢ τὴν χερσαίαν, ἢ τὴν ἔνυδρον.

ΚΕΦ. ΚΖ΄.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τοῖς Ζωϊκοῖς (δύο γάρ εἰσιν αὐτῷ πραγματεῖαι, ἡ μὲν, Περὶ ζώων· ἡ δὲ, Περὶ τῶν ζωϊκῶν.) οἱ φθεῖρες φησὶν ἐν τῇ κεφαλῇ ἐν ταῖς μακραῖς οὐ φθίνουσι νό-

σοις,

Cap. XXV.

Ariſtoteles in libro De Ebrietate; Andro, inquit, Argiuus per omnẽ vitæ ſuæ tempus ſiti, potuque, caruit: quanquam multis cibis, & ſalſis, & ſiccis, veſceretur. idemq; ad Ammonem profectus, per aquæ expertem viam, ſicca farina veſcens, nullum adhibuit humorem. idque per totam vitam tenuit.

Cap. XXVI.

Ariſtoteles in libro De Vita & Morte ſcribit; teſtudinem, corde ſpoliatam, viuere. id autem non expreſſit, de terreſtri ne, an verò aquatica, loqueretur.

Cap. XXVII.

Idem autor in Opere De ijs quæ ad animalia pertinent (duo enim ſunt eius opera, vnum, De Animalibus; alterum, de ijs, quæ ad animalia pertinent.) pediculos capitis

pitis tradit in longis morbis nõ tabeſcere, interituris ægrotis, ſed inueniri in puluinaribus, ad quæ, deſertis capitibus ægrotorum, tranſeant.

CAP. XXVIII.

Idem eodem in Opere, ſordes tradit; quæ in auribus naſcuntur, cùm ſint alioquin amaræ, morituris fieri dulces: idque in multis eſſe obſeruatum. & cauſam rei exponit in Quæſtionibus Naturalibus.

CAP. XXIX.

Theophraſtus in tractatione De Stirpibus: Si matrices, inquit, præbiberint ariſtolochiam, aqua madefactam, perfundentur per multos dies.

CAP. XXX.

Ariſtoxenus muſicus, eos, qui laborant quar-

τοις, μελλόντων τελευτᾷν τῶν πασχόντων· ἀλλ' ἐπὶ τὰ προσκεφάλαια εὑρίσκονται, περιλελοιπότες τὴν κεφαλήν.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Ζωϊκοῖς, ὁ ῥύπος, φησὶν, ἐν τοῖς ὠταρίοις γιγνόμενος, πικρὸς ὢν, ὅτ' ἂν τελευτᾷν μέλλωσιν ἐν ταῖς μακραῖς νόσοις, γλυκὺς γίνεται. τοῦτο δὲ (φησιν) παρατετήρηται ἐπὶ πολλῶν γιγνόμενον. ἀποδέδωκε δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ γιγνομένου ἐν τοῖς Φυσικοῖς Προβλήμασιν.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Θεόφραστος ἐν τῇ Περὶ φυτῶν πραγματείᾳ, ἐὰν αἱ μῆτραι, φησὶ, περιπίωσιν ἀρισολοχίαν, ἐν ὕδατι βεβρεγμένην, καταντλείσθωσαν πλείονας ἡμέρας.

ΚΕΦ. Λ'.

Ἀριστόξενος δὲ ὁ μουσικὸς τεταρταΐζον-

τας τὴν ἐλξίνην φησὶν βοτάνην, μετὰ ἐλαίου τριβομένην, καὶ συγχριομένην περὶ τὰ λήψεως, ἀπολύειν τοῦ πάθους.

ΚΕΦ. ΛΑ΄.

Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ φυτῶν, τὰ πρόβατα, φησιν, τὰ ἐν τῷ Πόντῳ, τὸ ἀψίνθιον νεμόμενα, οὐκ ἔχει χολήν.

ΚΕΦ. ΛΒ΄.

Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ φυτῶν, ἐν Ἰνδοῖς μὴ γίνεσθαι, μήτε ἐρέβινθον, μήτε φακὸν, μήτε κύαμον.

ΚΕΦ. ΛΓ΄.

Ἔτι Θεόφραστος ἐν τῷ ζ΄, Περὶ φυτῶν, τῆς Βακτριανῆς ὁδοῦ ἔν τισι κώμαις πυρὸν γίγνεσθαι, οὕτως εὐγενῆ, ὥστε πυρῆνος ἐλαίας τὸ μέγεθος ἴσχειν.

quartana, liberari morbo affirmat, ſi helxinen herbam, ante acceſſum febris, inungant corpori, tritam cum oleo.

CAP. XXXI.

Theophraſtus De Stirpibus, oues in Ponto, abſinthio veſcentes, ait bile carere.

CAP. XXXII.

Eodemque in Opere perhibet, apud Indos neque cicerem naſci, neque lentem, neque fabam.

CAP. XXXIII.

Rurſus libro VII. eius Operis, in itinere Bactriano ait quibuſdam in vicis triticum ita præclarum naſci, vt eius grana nucleos olearum magnitudine æquent.

Cap. XXXIV.

Idem philoſophus Olympiæ & Zacynthi * mixtam cibo, efficere, vt is melior videatur.

Cap. XXXV.

Id quoque obſeruando cognitum eſt, grauidas mulieres, ſi adſiduò cum viris coëant, facilè, & abſq; cruciatibus, parere. quod ipſum Ariſtoteles quoque, libro Hiſtoriarum vndecimo, pronunciauit.

Cap. XXXVI.

Tacus in libro De Lapidibus: Lapis, inquit, is qui Caryſtius dicitur, annata ſibi habet lanea quædam, & colorata, ex qua materia nentur, ac texuntur, mantilia. Sed & fila pro lucernis inde torquentur, quæ, dum vruntur, ſplendent, neque cremantur. Porrò ſordes mantilium non aqua eluuntur; ſed clematis

vritur,

ΚΕΦ. ΛΔ΄.

Ὁ αὐτὸς φιλόσοφος ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Ζακύνθῳ διημιγνυμένη φησὶ τῷ σίτῳ εὐφυέστερον ποιεῖ φαίνεσθαι τοῦτον.

ΚΕΦ. ΛΕ΄.

Τῶν παρατετηρημένων ἐστὶ δὲ καὶ τοῦτο, τὰς ἐγκύους τῶν γυναικῶν συνεχῶς πλησιαζούσας τοῖς ἀνδράσιν, εὐκόπως καὶ ἀκακοπαθήτως τίκτειν. εἴρηκεν δὲ τοῦτο καὶ Ἀριστοτέλης, ἐν τῇ ιά, τῶν Ἱστοριῶν.

ΚΕΦ. ΛϚ΄.

Τάκος ἐν τῷ Περὶ λίθων· ὁ Καρύστιος (φησὶν) λεγόμενος λίθος ἐπιφύσεις ἔχει ἐριώδεις, καὶ χροώδεις, ἐξ οὗ νήθεται, καὶ ὑφαίνεται, χειρεκμαγεῖα. στρέφουσι δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν λυχνίᾳ· καὶ ἔστιν καιόμενα λαμπρὰ, καὶ ἀκατάκαυστα. τῶν δὲ ἐκμαγείων τῶν ῥυπαινομένων ἡ πλύσις γίνεται, οὐ δι' ὕδατος, ἀλλὰ

κλήματος κάεται, καὶ ὅτε τὸ ἐκμαγεῖον ἐπιτίθεται. καὶ ὁ μὲν ῥύπος ἀποῤῥεῖ, αὐτὸ δὲ λευκὸν, καὶ καθαρὸν, γίνεται ὑπὸ τοῦ πυρός· καὶ πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς ἐγχρήζει χρείας. τὰ δ' ἐλλύχνια μένει τὸν ἅπαντα χρόνον ἀκατασκεύαστα καιόμενα μετ' ἐλαίου. δοκιμάζει δὲ καὶ τοὺς πτωματιζομένους ἡ ὀσμὴ τοῦ ἐλλυχνίου καιομένου. γίγνεται δὲ ὁ λίθος οὗτος, καὶ ἐν Καρυστῷ μὲν, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα ἔλαβεν. πολὺς δὲ ἐν Κύπρῳ, καταβαινόντων ἀπὸ τοῦ Γεράνδρου ὡς ἐπὶ Σόλους πορευομένοις, ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Ἐλμαίου ὑπὸ κάτω πετρῶν. καὶ κατὰ τὸ πανσέληνον αὔξεται, καὶ πάλιν, φθίνοντος τῆς σελήνης, μειοῦται καὶ ὁ λίθος.

ΚΕΦ. ΛΖ'.

Ἀριστοτέλης ἐν Φυσικοῖς Προβλήμασιν τῶν κυρτῶν βαρεῖα ἡ ἀναπνοὴ διὰ τοῦ στόματος ἐξέρχεται. ἀποδέδωκεν δὲ καὶ τοῦ γιγνομένου τὴν αἰτίαν.

vritur, impoſitoque mantili ſordes euaneſcunt, ipſumque album igni purumque redditur, ac prioribus commodum vſibus. Lucernarij autem funes vſti cum oleo, nullo vnquam tempore comburuntur. atque odore harum lucernarum deprehenduntur, qui morbo laborant caduco. Lapis iſte naſcitur ſanè Caryſti, vnde & nomen gerit: frequens tamen etiam in Cypro extat, quà à Gerandro Solos verſus iter deorſum ducit, ad læuam Elmæi infra rupes. augeſcit circa plenilunium, rurſumque, luna decreſcente, minuitur.

CAP. XXXVII.

Ariſtoteles in Phyſicis Quæſtionibus ait, curuorum ex ore grauem exire anhelitum: reddita etiam huius rei cauſa.

CAP. XXXVIII.

Eudoxus Cnidius in ſeptimo Circuitionis libro ait, in Africa quandam eſſe gentem, quæ ſupra Syrtes, & Carthaginem, verſus Orientem incolat, Gyzantes appellata: hancque exerceat artem, quòd flores iſtis in locis colligat; melque ea copia, & qualitate, ex ijs conficiat, vt apum æquet mellificium.

CAP. XXXIX.

Ariſtoteles in Diſſectionum ſelectis annotationibus, in Papho ſcribit ſerpentem conſpectum, qui duos pedes haberet, perinde ac crocodilus terreſtris.

CAP. XL.

Ariſtoxenus muſicus in Vita Teleſtæ, quî cum in Italia vixit, vno eodemq; tempore duos contigiſſe caſus refert. Vnus mulieribus accidit, prorſus inuſitatus. tantæ enim

ΚΕΦ. ΛΗ'.

Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος ἐν τῷ ζ' Γῆς Περιόδου, ἐστὶν ἐπὶ πάσῃ τῇ ἐν Λιβύῃ τι ἔθνος εἶναι, ὃ ὑπὲρ αὐτῶ, Σύρτεων ἢ καὶ Χαρχηδόνος πρὸς ἀνατολὰς κείμενοι, οἳ καλοῦνται Γύζαντες· οἵτινες τέχνην ἐπιτηδεύουσιν, τὰ ἄνθη συλλέγοντες, τὰ ἐν τοῖς τόποις, μέλι ποιεῖν τοσοῦτον, καὶ τοιοῦτον, ὥστε γίγνεσθαι οἷον τὸ ὑπὸ τῶν μελισσῶν γιγνόμενον.

ΚΕΦ. ΛΘ'.

Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Ἐκλογαῖς τῶν Ἀνατομῶν φησιν, ὄφις ὤφθη ἐν Πάφῳ, πόδας ἔχων δύο, ὁμοίους χερσαίῳ κροκοδείλῳ.

ΚΕΦ. Μ'.

Ἀριστόξενος ὁ Μουσικὸς ἐν τῷ Τελέσου βίῳ φησὶν, ὅπερ ἐν Ἰταλίᾳ συνεκύρησεν, ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν γίγνεσθαι πάθη; ὧν ἓν εἶναι καὶ τὸ περὶ τὰς γυναῖκας γενόμενον ἄτοπον.

τόπον. ἐκστάσεις γὰρ γίγνεσθαι τοιαύτας, ὥστε ἐνίοτε καθημένας, ἢ δειπνούσας, ὡς καλοῦντός τινος, ὑπακούειν, εἶτα ἐκπηδᾶν ἀκατασχέτους γιγνομένας, καὶ τρέχειν ἐκτὸς τῆς πόλεως. μαντευομένοις δὲ τοῖς Λοκροῖς, καὶ Ῥηγίνοις, περὶ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ πάθους, εἰπεῖν τὸν θεόν, παιᾶνας ᾄδειν ἐαρινοὺς δωδεκάτης ἡμέρας ξʹ. ὅθεν πολλοὺς γενέσθαι παιανογράφους ἐν τῇ Ἰταλίᾳ.

ΚΕΦ. ΜΑʹ.

Θεόφραστος ἐν τῷ ή τῶν φυτῶν, τὸ σκορπίον βοτάνιον, οἱ δὲ θηλύφονον καλοῦσιν, ἐπιτιθέμενον τοῖς σκορπίοις, ξηραίνειν αὐτοὺς εὐθέως.

ΚΕΦ. ΜΒʹ.

Τῶν παρατετηρημένων ἐστί, δυσκατάλωτα ἕλκη γίγνεσθαι, ταῖς τε κύσταις, καὶ πλευμονικοῖς, καὶ τοῖς κιρσοὺς ἔχουσι, καὶ ταῖς γυναιξίν, ὅσαις ἰξίαι περὶ τοὺς μηροὺς ἔνεισιν.

ΚΕΦ.

tæ enim apud eas extiterunt mentis abalienationes, vt aliquando ſedentes, ac cœnantes, vocantem aliquem ſe exaudire opinatæ, proripuerint ſe, neque teneri potuerint, atque extra vrbem procurrerint. Locris porrò, & Rheginis, oraculũ hac de re conſulentibus, reſpondiſſe deum, finem mali futurum, ſi die duodecima pæanas deo canerent vernos LX. itaque inde in Italia multos extitiſſe pæanum ſcriptores.

Cap. XLI.

Theophraſtus libro De Plantis octauo tradit, ſcorpion herbulam, (alij thelyphonum, hoc eſt fæminas necans, nominant) ſcorpijs impoſitam, ſtatim eos interficere.

Cap. XLII.

Animaduerſum eſt, vlcera vterum ferentium, è liene laborantium, virorum, & mulierum, ſi varices habent, difficulter cicatrice obduci.

Cap.

CAP. XLIII.

Theophraſtus De Stirpibus ſcribit, iuxta Solos, Ciliciæ vrbem, ad amnem Pinarum, vbi Alexander cum Dario pugnauit, mala Punica naſci ſine oſſibus, quorum grana per omne æuum vinum referant.

CAP. XLIV.

Ariſtoteles De Animalibus autor eſt, apem, amiſſo centro, mori, & ab alijs extra alucare exportari.

CAP. XLV.

Obſeruando compertum eſt, eos, qui coronas ex floribus nectunt, floribus & coronis leucoij, ſiue albæ violæ, per noctem adhibere ardentes lucernas, vt in lucem vſque virides permaneant, neq; marceſcant.

CAP.

ΚΕΦ. ΜΓ΄.

Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ φυτῶν περὶ Σόλους τῆς Κιλικίας, παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν λεγόμενον Πίναρον, οὗ μάχη Ἀλεξάνδρου πρὸς Δαρεῖον ἐγένετο, αἱ ῥόαι ἀπύρηνοι γίγνονται. δι' ὅλου δὲ τοῦ βίου κόκκοι τὸ οἰνίζον ἔχουσιν.

ΚΕΦ. ΜΔ΄.

Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Περὶ ζώων, ἡ μέλισσα, φησιν, ἀποβάλλουσα τὸ κεντρίον, ἀποθνήσκει. αἱ δὲ, βαστάζουσιν ἔξω τοῦ σμηνιῶνος.

ΚΕΦ. ΜΕ΄.

Τῶν παρατετηρημένων ἐστὶ, τὸ καὶ τοῖς λευκοΐοις ἄνθεσιν, ἢ στεφάνοις, διὰ νυκτὸς λύχνους παρακαίεσθαι, ἵνα εἰς τὴν πρωΐαν ταῦτα παραμένει ἀμάραντα. ποιοῦσι δὲ τοῦτο οἱ στεφανηπλόκοι.

ΚΕΦ. Μϛ΄.

Θεόφραστος ἐν τῇ ε΄ τῶν Φυσικῶν Αἰτιῶν φησὶν τὰ κελύφη τῶν κυάμων περὶ τὰς ῥίζας τῶν δένδρων περιτιθέμενα, ξηραίνειν τὰ φυόμενα. καὶ αἱ κατοικίδιαι δὲ ὄρνιθες, συνεχῶς ταῦτα ἐσθίουσαι, ἄτοκοι γίγνονται· ὅθεν καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, τάχα δὲ καὶ δι᾽ ἄλλας, οἱ Πυθαγόρειοι ἀπηγορεύκασιν τῷ κυάμῳ χρῆσθαι. καὶ γὰρ πνευματοποιὸν, καὶ δύσπεπτον. καὶ τοὺς ὀνείρους τεταραγμένους ἡμῖν ἐμποιεῖ.

ΚΕΦ. ΜΖ΄.

Τὰ ὕδνα, βροντῶν συνεχῶν γιγνομένων, σκληρότερα γίγνεται, καθάπερ Θεόφραστος ἐν τοῖς Περὶ φυτῶν εἴρηκεν.

ΚΕΦ. ΜΗ΄.

Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ φυτῶν φησὶν, ἡ λιβανωτὶς βοτάνη, συντιθεμένη μετὰ ἱμα-

τίων,

Cap. XLVI.

Theophraſtus libro Cauſarum Naturalium quinto, putamina fabarum dicit, radicibus arborum appoſita, fructus ſiccare. Sed & gallinas domeſticas, ſi crebrò ea edant, ſteriles fieri. Hanc ob cauſam, & fortaſſis etiam alias, Pythagorei fabæ vſu interdixerunt. Flatus enim gignit, concoctu difficilis eſt, & turbulenta inſomnia creat.

Cap. XLVII.

Tubera crebris tonitribus duriora fieri, Theophraſtus in Stirpium hiſtoria prodit.

Cap. XLVIII.

Idemque eodem in Opere ſcribit, libanotidem herbam, veſtibus appoſitam, pro-

hibere, ne tineæ in ijs fiant. Hæc digna ſunt animaduerſione.

CAP. XLIX.

Idem in libro De Diuinis furoribus ſcribit, Muſicam multis animi corporiſque affectionibus mederi: vt animi defectui, metui, diuturnis mentis alienationibus. Sanat, inquit, fiſtulæ cantus etiam iſchiadem, & morbum comitialem: quemadmodum is, qui ad Ariſtoxenum muſicum venit, oraculo iuſſus Paſiphilæ Damoti ſororis *. Fertur enim etiam muſicus Thebis, qui mente exciderat, voce tubæ audita ad ſe redijſſe. audiens enim, in tantum exclamauit, vt turpiter ſe daret. Quòd ſicubi quis claſſicum tuba cecinit, multo eum deterius pugnare. Hunc igitur fiſtulæ opera paulatim adduxit, atque (vt ita dicam) ſenſim adducendo eò adegit, vt etiam tubæ vocem

πίων, κωλύει σῆπας ἐγγίγνεσθαι. ἄξια δ' ἐστὶν ἐπιστάσεως τὰ εἰρημένα.

ΚΕΦ. ΜΘ'.

Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ ἐνθουσιασμῶν ἐξεῖπεν. φησὶ γὰρ ἐκεῖνος τὴν μουσικὴν πολλὰ τῶν περὶ ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα γιγνομένων παθῶν ἰατρεύειν. καθάπερ λιποθυμίαν, φόβους, καὶ τὰς ἐπὶ μακρὸν γιγνομένας τῆς διανοίας ἐκστάσεις. Ἰᾶται γάρ, φησιν, ἡ καταύλησις καὶ ἰσχιάδα, καὶ ἐπιληψίαν, καθάπερ πρὸς Ἀριστόξενον τὸν μουσικὸν ἐλθόντα χρήσασθαι αὐτὸν τοῦ μαντείου τοῦ τῆς Πασιφίλης * δαμωλῃ ἀδελφῆς, λέγεται τὸν μουσικὸν καταστῆσαι τὸν ἐξιστάμενον ἐν Θήβαις ὑπὸ τὴν τῆς σάλπιγγος φωνήν. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐβόησεν ἀκούων, ὥστε ἀσχημονεῖν. εἰ δέ ποτε καὶ πολεμικὸν σαλπίσειέ τις, πολὺ χεῖρον πάσχειν μαχόμενον. τοῦτον οὖν κατὰ μικρὸν τῷ αὐλῷ προσάγειν. καὶ ὡς ἄν τις εἴποι ἐκ προσαγωγῆς ἐποίησεν καὶ τὴν τῆς σάλπιγ-

γος φωνὴν ὑπομένειν. θεραπεύει δ᾽ ἡ κατάντλησις. καὶ ἐάν τι μέρος τοῦ σώματος ἐν ἀλγήματι ὑπάρχῃ, κατανλουμένου τοῦ σώματος, κατάντλησις γιγνέσθω ἡμέρας ἕως ἐλάχιστα. καὶ εὐθέως τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐλάττων ὁ πόνος γενήσεται, καὶ τῇ δευτέρᾳ. τὸ δὲ γιγνόμενον διὰ τῆς καταντλήσεως, ἐπιχωριάζει καὶ ἀλλαχῆ, μάλιστα δὲ ἐν Θήβαις, μέχρι τῶν νῦν χρόνων.

ΚΕΦ. Ν΄.

Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ φυτῶν, ἐν τῇ ἐσχάτῃ τῆς πραγματείας, Εὔνομος, φησὶν, ὁ Χῖος, ὁ φαρμακοπώλης, ἐλλεβόρου πίνων πλείονας πόσεις, οὐκ ἐκαθαίρετο. καί ποτε, ἔφη, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, συνθέμενος τοῖς ὁμοτέχνοις, περὶ δύο καὶ εἴκοσι πόσεις ἔλαβεν, ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενος, καὶ οὐκ ἐξανέστη ἀπὸ τῶν σκευῶν. ὅτε δ᾽ ἀπῆλθεν λούσασθαι, καὶ δειπνῆσαι, ὥσπερ εἰώθει, καὶ οὐκ ἐξήμεσεν. τοῦτο δὲ ἔπραξεν ἐν πολυχρονίῳ συνηθείᾳ γεγο-

vocem ſuſtineret. Sanat fiſtulæ cantus etiam corporis partes, quæ in dolore aliquo ſunt. Adhibendus eſt autem corpori minimùm interdiu, & ſtatim prima die dolor remittet aliquantum. Hoc remedij genus cùm alibi vſitatum eſt, tum maximè Thebis, etiam in hoc vſque tempus.

CAP. L.

Theophraſtus in vltimo De Stripibus libro: Eunomus, inquit, Chius, pharmacopola, cum aliquot veratri potiones hauſiſſet, non eſt purgatus. Et quadam die, re cum idem artificium exercentibus compoſita, ſedens in foro, ad XXII potiones ebibit: neque tamen à ſuis vaſis ſurrexit. tum verò abijt lotum, atque cœnatum, vti adſolebat: neque vomuit. Hoc ille faciebat, longa conſuetudine

ita paratus, cum ab exiguis ad tantum eſſet potionum numerum progreſſus. Omnibus autem medicamentis minor eſt apud hos, qui ijs aſſueuerunt, efficacitas: apud quoſdam nihil prorſus poſſunt. Res hæc notatu digna eſt.

CAP. LI.

Ariſtoteles in Naturalibus Quæſtionibus affirmat, hominem, ſumto cibo, ac potu, idem pondus ſeruare, quod ei fuit ieiuno. conaturque eius rei cauſam reddere.

FINIS.

γεγονὼς, ἀρξάμενος ἀπὸ ὀλίγων, ἕως τοσούτων πόσεων. πάντων δὲ τῶν φαρμάκων αἱ δυνάμεις ἀσθενέστεραι τοῖς συνειθισμένοις, ἐνίοις δὲ καὶ ἄπρακτοί εἰσιν. ἄξιον δὲ ἐπιστῆσαι πρᾶγμα.

ΚΕΦ. ΝΑ'.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τοῖς Φυσικοῖς Προβλήμασιν εἴρηκεν· τὸν ἄνθρωπον, φησὶν, βεβρωκότα, καὶ πεπωκότα, τὸν αὐτὸν σταθμὸν ἄγειν, καὶ ὅτε νῆστις ὑπῆρχεν. πειρᾶται δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ γιγνομένου ἀποδιδόναι.

ΤΕΛΟΣ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IOANNIS MEVRSI
APOLLONIVS.
SIVE,
De Antiquis eius nominis
Scriptoribus, eorumque
Operibus,
SYNTAGMA.

IOANNIS MEVRSI

APOLLONIVS:

SIVE,

De Antiquis eius nominis Scriptoribus, eorumque Operibus,

SYNTAGMA.

SCriptores Apollonij nomine apud veteres fuere plures. Recenſebo, quotquot mihi obſeruati. Primus verò in hoc ordine collocabitur,

APOLLONIVS *Acharnenſis.*

Scripſit,

Περὶ τῶν ἑορτῶν.

Harpocration in Πέλανος. Ἀπολλώνιος δ' ὁ Ἀχαρνεὺς ἐν τῷ Περὶ τῶν ἑορτῶν οὕτω γράφει. Atque ex hoc Opere eſt, quod laudat idem in Χαλκεῖα. Τὰ χαλκεῖα ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, τῇ Ἀθηνᾷ

ἀγομένη Πυανεψιῶνος ἔνη καὶ νέα, χειρώναξι κοινή, μάλιςα δὲ χαλκεῦσιν, ὡς φησὶν Ἀπολλώνιος ὁ Ἀχαρνεύς. Item quod Scholiaſtes Ariſtophanis Nubibus. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ἀχαρνεὺς διακρίνει τὰ Διάσια ἀπὸ τῆς τοῦ Μειλιχίου Διὸς ἑορτῆς.

APOLLONIVS *Aegyptius.*

Vide infrà, *Apollonius Memphites.*

APOLLONIVS *Alabandenſis, Malacus.*

Hic Alabandâ poſteà Rhodum ſe recepit. Strabo lib. XIV. Ποσειδώνιος δ᾽ ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐσοφίςευσεν. ἦν δ᾽ Ἀπαμεὺς, ἐκ τῆς Συρίας. καθάπερ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μαλακὸς, καὶ Μόλων· ἦσαν γὰρ Ἀλαβανδεῖς. Et meminit mox iterum eiuſdem. Καὶ δὴ καὶ ὁ Μαλακὸς Ἀπολλώνιος, σκώπτων τὴν πόλιν εἰς τι ταῦτα, καὶ εἰς τὸ τῶν σκορπίων πλῆθος, ἔφη αὐτὴν εἶναι σκορπίων κανθήλιον κατεστρωμένον.

APOLLONIVS *Alabandenſis, Molon.*

Rhetor erat. Cicero De Orat. lib. I. *Illud verò, quod à te dictum eſt, eſſe permulta, quæ orator, niſi à naturâ haberet, non multùm à magiſtro adiuuaretur:*

retur: valde tibi adſentior, inq́ eo vel maximè probaui ſummum illum doctorem, Alabandenſem Apollonium, qui cùm mercede doceret, tamen non patiebatur, eos, quos iudicabat non poſſe oratores euadere, operam apud ſeſe perdere, dimittebatq́: & ad quamcumq́ artem putabat eſſe aptum, ad eam impellere, atq́ hortari ſolebat. Hic Μόλων cognomento dicebatur, & Alabandâ Rhodum tranſierat. Strabo lib. XIV. Ποσειδώνιος δ' ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ καὶ ἐσοφίστευσεν. ἦν δ' Ἀπαμεὺς, ἐκ τῆς Συρίας· καθάπερ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μαλακὸς καὶ Μόλων. ἦσαν γὰρ Ἀλαβανδεῖς. Corruptus hâc de re mox eius locus. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο λόγου ἄξιοι δύο ῥήτορες ἀδελφοὶ Ἀλαβανδεῖς, Μενεκλῆς τε, οὗ ἐμνήσθημεν μικρὸν ἐπάνω, καὶ Ἱεροκλῆς, οἱ μετοικήσαντες εἰς τὴν Ῥόδον, ὅ, τε Ἀπολλώνιος, καὶ ὁ Μόλων. Quaſi duo fuiſſent, Apollonius & Molo. Reſtituo leui tranſpoſitione. ὅ, τε Ἀπολλώνιος, ὁ καὶ Μόλων. Priore loco nimis ſe torquet vir inſignis, & neutrum rectè emendat: Eſt ille ipſe, de quo antea Cicero dixit, libro citato. *Hæc, cùm ego prætor Rhodum veniſſem, & cum ſummo illo doctore iſtius diſciplinæ Apollonio, ea, quæ à Panætio acceperam, contuliſſem: irriſit ille quidem, vt ſolebat, philoſophiam.* Quintilianus Inſtit. Orat. lib. III. cap. I. *Multa poſt Apollonius Molon, multa Areus, multa Cæcilius.* Ac eſſe hunc ipſum, de quo Cicero, fidem facit idem Quintilianus lib. XII. cap. VI. *Vſus eſt & hâc ratione M. Tullius: &, cùm*

cùm iam clarum meruiſſet inter patronos, qui tum erant, nomen, in Aſiam nauigauit; ſeq; & alijs ſine dubio eloquentiæ ac ſapientiæ magiſtris, ſed præcipuè tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoq; audierat, Rhodi rurſus formandum, ac recoquendum, dedit. Ioſephus Contra Apionem lib. II. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων, καὶ Λυσίμαχος, καί τινες ἄλλοι, τὰ μὲν ὑπ' ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον δὲ κατὰ δυσμένειαν, περί τε τοῦ νομοθετήσαντος ἡμῖν Μωσέως, καὶ περὶ τῶν νόμων, πεποίηνται λόγους, οὔτε δικαίους, οὔτε ἀληθεῖς. Et occurrit illic pluries. Suetonius Iulio, cap. IV. *Rhodum ſecedere ſtatuit, & ad declinandam inuidiam, & vt per otium ac requiem Apollonio Moloni, clariſſimo tunc dicendi magiſtro, operam daret.* Ita libri Regij omnes, teſte Caſaubono; & alij veteres, quibus vſus Pulmannus, excepto Aldino vno, & Rob. Stephani altero. Certe Molonem ipſe Cicero vocat in Bruto. *Eodem anno Moloni Rhodio Romæ dedimus operam.* Et mox. *Quibus non contentus, Rhodum veni, meq; ad eundem, quem Romæ audiueram, Molonem applicaui.* Et habes ibi pluries; quemadmodum etiam in Epiſtolis ad Atticum. Plutarchi in Cæſare, & Cicerone, manifeſtus eſt error; &, qui eum ſequitur in Homericis Quæſtionibus, Porphyrij: ac vellem virum certè eximium erroris ſui non tam pertinacem eſſe.

APOL-

APOLLONIVS *Alexandrinus, Maior.*

Hic Sillei filius, Callimachi diſcipulus, Euphorioni, Timarcho, & Eratoſtheni æqualis, cui etiam in præfecturâ Bibliothecæ Alexandrinæ ſucceſſit, ſub Ptolemæo Euergeta. Scripſit,

Ἔπη.

Suidas. Ἀπολλώνιος, Ἀλεξανδρεύς, ἐπῶν ποιητής, διατρίψας ἐν Ῥόδῳ, υἱὸς Σιλλέως, μαθητὴς Καλλιμάχου, σύγχρονος Ἐρατοσθένους, καὶ Εὐφορίωνος, καὶ Τιμάρχου, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου ἐπικληθέντος. καὶ διάδοχος Ἐρατοσθένους γενόμενος ἐν τῇ προστασίᾳ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοθήκης.

APOLLONIVS *Alexandrinus, Minor, Dyſcolus cognominatus.*

Anonymus in eius Vitâ. Ἀπολλώνιος οὗτος, Ἀλεξανδρεὺς μὲν ἦν τὸ γένος· μητρὸς μὲν, Ἀριάδνης· πατρὸς δέ, Μνησιθέου. De cognomento Dyſcoli mox ibidem. Ἐκλήθη δὲ Δύσκολος, ἐπεὶ καὶ δυσχερὴς ἐστι κατὰ τὴν φράσιν, δι' ὀλίγων δὲ λέξεων πολλὰ παριστᾷ νοήματα. ἢ, ὅτι κακότροπος ἦν· ἢ, ὅτι ἐν ταῖς γυμνασίαις δυσλύτους ἀπορίας ἔλεγεν, Ro-

Mileſiarum lanarum mollities. 20
Mneſarchus, Pythagoræ pater. 6
Moroſiores ſunt, qui ſemel tantum cibum ſumpſerunt. 9
Mulieres mentis alienatæ pæanum cantu curatæ. 40

Muſca

Muſca in Papho à Veneris foribus abſtinet. 8
Muſica & animi, & corporis, affectionibus medetur. 49

N.

N*Atura nihil fruſtra facit.* 21
Nucleis carentes fructus in Britanniâ. 15

O.

O*Lympijs in ſacrificijs carnes à miluijs intactæ.* 10
Oſſibus carent mala punica iuxta Pinarum amnem. 43
Oues Ponticæ, abſinthio veſcentes, bile carent. 31

P.

P*AEanas vernos ſexaginta deo canere Locri, & Rhegini, oraculo iuſſi.* 40
Pæanum ſcriptores in Italiâ multi. ibid.
Paphiæ Veneris foribus muſca non inſiſtit. 8
Paribum lignum, eiuſque vis. 17
Paſiphila. 49
Pediculi à morituris recedunt. 27
Pelij montis ſpina frugiferæ vis. 19
Perſicorum camelorum pili molliſſimi. 20
Pinarus fluuius, Alexandri cum Dario pugna nobilis. 43. *mala punica iuxta eum ſine oſſibus, quorum*

rum grana ſemper vinum referant. ibid.
Punica mala ſine oſſibus vbi. 43. *eorum grana ſemper vinum referentia.* ibid.
Pythagoras, Mneſarchi filius. 6. *eius præſtigiæ.* ibid. *femur aureum.* ibid. *cur fabæ eſu interdixerit.* 46

R.

R*Hegini pæanas vernos ſexaginta deo canere oraculo iuſſi.* 40

S.

S*Acra Ioui Aſcræo facta Halicarnaſſi.* 13
Sacrificiorum carnes in Olympijs à miluijs intactæ. 10
Scorpij herbæ vis. 41
Scorpij, impoſitâ ſcorpio herbâ, ſtatim moriuntur. ibid. *in Cariâ peregrinos ferientes, non admodum lædunt; indigenas autem, illicò occidunt.* 11
Sol corpora adurit, non ignis. 23
Solos inter, & Gerandrum, lapis naſcitur, qui cum lunâ creſcit, & decreſcit. 36. *iuxta eoſdem mala punica ſine oſſibus, quorum grana vinum ſemper referrent.* 43
Spina frugifera Pelij montis frigus arcet. 19

Talos

T.

Talos quæ animalia habeant in poſterioribus pedibus. 21
Teleſtæ vita, ab Ariſtoxeno deſcripta. 40
Teſtudo ſine corde viuit. 26
Tineæ quomodo veſtibus arceantur. 47
Tritici Bactriani grana olearum nucleos æquant. 33
Tubæ clangore muſicus, qui mente exciderat, ad ſe rediјt. 48
Tubera crebris tonitruis duriora fiunt. 47

V.

Veratri potiones aſſuetis minus efficaces. 50
Violæ albæ coronis cur lucernæ per noctem adhibeantur. 45
Vlcera quæ difficulter cicatrice obducantur. 42
Vuæ acinis carentes in Britanniâ. 15.

FINIS.

AVCTORVM,

Qui ab

APOLLONIO

Citantur,

INDEX.

Numerus Capita deſignat.

ANdron, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν πρὸς Φίλιππον θυσιῶν. 8
Ariſtoteles. 6
ἐν τοῖς Φυσικοῖς Προβλήμασι. 7.9.21.37
ἐν Νομίμοις Βαρβαρικοῖς. 11
ἐν τῷ Περὶ μέθης. 25
ἐν τῷ Περὶ τῆς ζωῆς, καὶ θανάτου. 26
ἐν τοῖς Ζωϊκοῖς. 27.28
ἐν ταῖς Ἐκλογαῖς τῶν ἀνατομῶν. 39
ἐν τοῖς Περὶ ζώων. 44
Ariſtoxenus. 30
ἐν τῷ Τελέστου βίῳ. 17
Cteſias. 40

ἐν τῇ

ἐν τῇ δεκάτῃ Περσικῶν. 20
Eudoxus Cnidius, ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῆς Περιόδου. 38
Eudoxus Rhodius. 24
Heraclides Cretenſis, ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων. 19
Μυθικὸν τὸ κατὰ πόντους. 13
Phylarchus. ἐν τῇ ὀγδόῃ Ἱστοριῶν. 14
ἐν τῇ εἰκοστῇ Ἱστοριῶν. 18
Scytinus Chius. 15
Tacus, ἐν τῷ Περὶ λίθων. 36
Theophraſtus, ἐν τῷ Περὶ φυτῶν. 16.29.31.32
33.34-41.43.47.50.
ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Φυσικῶν Αἰτίων. 46
ἐν τῷ Περὶ ἐνθουσιασμῶν. 49
Theopompus, ἐν τοῖς Θαυμασίοις. 1.10.

FINIS.

AVCTORVM,
Qui in hoc
SYNTAGMATE,
Aut
COMMENTARIO,
Citantur, Illuſtrantur, Emendantur,
INDEX.

Ælianus. 92.93.112.114
Æneas Gazæus. 87
Alexander Aphrodiſeus. 141.145.146.149
Anonymus in Olympiadum Deſcriptione. 107.108. 110.
Anonymus in Vitâ Apollonij. 57
Anonymus in Vitâ Arati. 123.124
Antigonus Caryſtius. 97.113.
Antoninus Imp. 62
Antoninus Liberalis. 72

Apoſto-

Apoſtolius. 95.148
Appendix Prouerbiorum Vaticana. 85
Apuleius. 142
Ariſtoteles. 82.113.122.132.134.139
Arrianus. 139
Artemidorus. 62
Aſpaſius. 153
Athenæus. 65.71.73.77.87.94.98.99.100. 101. 102.103.104.105.106.108.109.111.116.119.120. 122.125. 126.129.131.140.141.142.143.144.145. 147.148.149.150.151.152.156.157.
Athenagoras. 87
Aulus Gellius. 149
Cælius Aurelianus. 64.66
Cenſorinus. 126
Cicero. 54.55.56.66.142.146.153
Clemens. 95.125.150
Columella. 69.121
Conſtantinus Porphyrogeneta. 59
Cteſias. 117
Curtius. 139
Diodorus Siculus. 107.118.119
Diogenes Laërtius. 75.81.84.85.91.92.94.100. 109.116.123.124.126.127.128.129.132.138.140. 146.155.156.
Dionyſius Halicarnaſſeus. 83.108.115.141.152
Dioſcorides. 137.155
Erotianus. 63.66.67.72.73.103.131. *emend.*103
Etymologici Auctor. 59.61.76.94.96.106.128

Euſebius. 63
Euſtathius. 121.157
Euſtratius. 143.153
Eutocius. 68.69
Galenus. 65.73
Gregorius Nazianzenus. 89
Harpocration. 53.89.95.100.106.121.126.147.148
Hephæſtion. 103
Herodotus. 86.89
Heſychius. 90.117.147
Himerius. 89
Hipparchus. 123.124
Hypſicles. 72
Iamblichus. 90.91.92. *emend.* 92
Ioannes Tzetzes. 82
Ioſephus. 56.110
Iſaacius Tzetzes. 95. *emend. ibid.*
Iulianus. 154
Iulius Capitolinus. 63
Iuuenalis, 156
Lucianus. 88.93.155
Macrobius. 129.130
Malchus. 89
Michaël Epheſius. 143
Olympiodorus. 130
Oribaſius. 69.76
Origenes. 87.88.89
Pappus. 68.69
Parthenius. 70.148
Paulus

Paulus Alexandrinus. 65
Pauſanias. 84.90.111.112
Philoſtratus. 61.62.74
Phlegon. 112
Photius. 118.119
Plinius. 69.78.84.85.88-91.97.112.113.116.118.
121.122.133.135.136.154.157.
Plutarchus. 56.84.89.95.101.114.120.125.127.
130.131.136.139.141.143.147.152.154.155.157.
emend. 139
Pollux. 98.99.103.104.105.128.146.147.
emend. 101.102
Porphyrius. 56.89.91.92.93
Priſcianus. 105
Proclus. 68.76.149
Quintilianus. 55
Schol. *Aeſchyli.* 95
Schol. *Apollonij.* 76.77.95.96.100.115.120.
124.125.130.153. *emend.* 120
Schol. *Ariſtophanis.* 54.90.99.103.106.110.140.
emend. 104
Schol. *Ariſtotelis.* 83
Schol. *Hermogenis.* 150
Schol. *Homeri.* 64.151
Schol. *Iuuenalis.* 156
Schol. *Nicandri.* 66.71.76
Schol. *Pindari.* 94.102.103.151.153
Schol. *Theocriti.* 129
Seruius. 109

Sextus Empiricus. 125.132.158
Simplicius. 150
Solinus, 117.135.136. *emend.* 136
Sopater. 83
Stephanus. 59.61.67.68.70.71.77.82.115.116. 119.121.125.133.136.
Stobaus. 116
Strabo. 54.55.63.75.89.116.119.135.139.142.
emend. 55.139
Suetonius. 56
Suidas. 57.58.60.61.75.82.83.85.90.95.98.99.101. 106.107.108.114.126.141.147.148. *emend.* 85
Syrianus. 83
Tertullianus. 84.88.89
Theocritus. 121
Theon. 145
Theophilus. 97
Theophraſtus. 133.134.138.139.154,156.158
Theophylactus Simocatta. 82.122
Valerius Maximus. 85
Varro. 69.113.121
Vitruuius. 69
Zenobius. 102. *emend. ibid.*

FINIS.

PHLEGONTIS TRALLIANI

De Rebus Mirabilibus Liber.

GVILIELMO XYLANDRO
Auguſtano Interprete.

ΦΛΕΓΟΝΤΟΣ
ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΥ
Περὶ θαυμασίων.

* * *

Ἐλλείπει τινά.

ΚΕΦ. Α΄.

εἰς τὸν ξενῶνα προσεπορεύετο ταῖς θύραις, καὶ καιομένου τοῦ λύχνου, καθημένην εἶδεν τὴν ἄνθρωπον παρὰ τῷ Μαχάτῃ. οὐκ ἔτι δὲ καρτερήσασα πλείονα χρόνον, διὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς φαντασίας, τρέχει πρὸς τὴν μητέρα, καὶ βοήσασα μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Χαριτοῖ καὶ Δημόστρατε, ᾤετο δεῖν ἀναστάντας ἐπὶ τὴν θυγατέρα αὐτοὺς μετ' αὐτῆς πορεύεσθαι· πεφηνέναι γὰρ ζῶσαν, εἶναί τε μετὰ τοῦ ξένου διά τινα θείαν βούλησιν ἐν τῷ ξενῶνι. τῆς δὲ Χαριτοῦς παράδοξον λόγον ἀκουούσης, συνέβη τὴν ψυχὴν τὸ μὲν πρῶτον ἐκπλαγῆ̃

γῆ̃ γνω-

PHLEGONTIS TRALLIANI,

De Mirabilibus, Liber.

Deeſt principium.

Cap. I.

* per fores in diuerſorium exit: &, ardente lucerna, videt illam ſedentem apud Machaten. neque diutius ſe continens, ob ſpectri miraculum, ad matrem accurrit, magnaque vociferatione inclamans, Charito & Nicoſtrate, ſurgere eos iuſſit, ſecumque ad filiam accedere. hanc enim ſibi viuam eſſe viſam, & dei cuiuſdam voluntate eſſe in diuerſorio cum hoſpite. Charito, cùm ſermonem incredibilem audiuiſſet, principio nuncij magnitu-

nitudine, & tumultuatione nutricis, conſternata, animi eſt paſſa deliquium: mox filiæ recordata, fleuit: tandem inſanire nutricem dixit, atque abire iuſſit celeriter. Nutrice verò exprobrante ipſi, quòd præ ignauia ſuam filiam videre negligeret, (nam ſe quidem ſanam eſſe, atque animo ſibi conſtare.) ægrè tandem Charito partim à nutrice coacta, partim videre, cupiens quid rei accidiſſet, ad fores hoſpitij ſe confert: idque ſerò, quòd multum effluxiſſet temporis, dum ſecundus nuncius perferretur. quo factum eſt, vt illi iam quieſcerent. Mater igitur, contuita veſtes quidem, & lineamenta vultus, viſa ſibi eſt agnoſcere. Cum autem nulla eſſet veritatis rei perſcrutandæ ratio, quieſcendum ſibi duxit, ſperans ſe manè ſurrecturam, filiamque depræhenſuram: aut, ſi ſeriùs veniret, è Macha-

γῆ γινομένην ἐκλυθῆναι, διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀγγελίας, καὶ διὰ τὴν ταραχὴν τῆς τροφοῦ· μετὰ μικρὸν δὲ μνησθεῖσαν τῆς θυγατρὸς, κλαίειν. τὰ δὲ ἔσχατα, καταγνῶναι τῆς πρεσβύτιδος μανίαν, κελεύειν τε ἀπαλλάττεσθαι ἀπ' αὐτῆς ταχέως. ὀνειδιζούσης δὲ τῆς τροφοῦ, καὶ λεγούσης μετὰ παῤῥησίας, ὡς μὲν φρονεῖ τε καὶ ὑγιής ἐστιν. ἡ δὲ δι' ὄκνον οὐ βούλοιτο τὴν ἰδίαν θυγατέρα ἰδεῖν, μόλις ἡ Χαριτὼ τὰ μὲν βιασθεῖσα ὑπὸ τῆς τροφοῦ, τὰ δὲ εἰδῆσαι βουλομένη τὸ συμβεβηκὸς, παραγίνεται πρὸς τὰς θύρας τοῦ ξενῶνος, διὰ τὸ γεγονέναι πλείονα χρόνον, ὡς ἂν δευτέρας ἀγγελίας συντετελεσμένης, ὀψέ ποτε ἧκεν ἡ Χαριτώ. διὸ συνέβαινεν ἐκείνους μὲν ἤδη ἀναπαύεσθαι. Ἀνακύψασα δ' οὖν ἡ μήτηρ, τὰ μὲν ἱμάτια, καὶ τὸν τύπον τῆς ὄψεως, ἐνόμιζεν ἐπιγινώσκειν· τὴν δὲ ἀλήθειαν ἐξετάσαι κατ' οὐδένα τρόπον δυναμένη, τὴν ἡσυχίαν ᾤετο δεῖν ἔχειν. πρωῒ γὰρ ἤλπιζεν ἀναστᾶσα, καταλήψεσθαι τὴν ἄνθρωπον· ἐὰν δὲ ὑστερήσῃ,

διερωτήσειν τὸν Μαχάτην περὶ πάντων· οὐ γὰρ ἄν ποτε ψεύσασθαι τηλικαύτην πρᾶξιν ἐρωτώμενον αὐτόν· διόπερ σιωπήσασα, ἀπῆλθεν. Ὄρθρου δὲ γινομένου, τὴν μὲν εἴτε διὰ θείαν βούλησιν, εἴτε κατ᾽ αὐτοματισμὸν, λαθοῦσαν, ἀπελθεῖν συνέβη. τὴν δὲ παραγινομένην, διὰ τὴν ἀπόλυσιν δυσφορεῖν τοῦ νεανίσκου· καὶ τοῦ ξένου πάντα ἐξ ἀρχῆς ἐξηγησαμένην, ἀξιοῦν περὶ τὰ γόνατα περιπλεκομένην τοῦ Μαχάτου, τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, μηδὲν ἀποκρυψαμένην· ὁ δὲ νεανίσκος ἀγωνιάσας, τὴν ἀρχὴν μὲν διεταράχθη· μόλις δέ ποτε τὸ ὄνομα διεσάφησεν, ὅτι Φιλίννιον εἴη· καὶ τὴν ἀρχὴν διηγήσατο τῆς εἰσόδου, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐδήλωσεν ὡς ἥκει, ὅτι λάθρα τῶν γεννησάντων ἔφη παραγίνεσθαι πρὸς αὐτόν· ὥστε ὑπολειμμένα ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου, βουλόμενος ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα πιστὸν, ἀνοίξας τὸν ῥίσκον, ἐξαιρεῖ τόν τε δακτύλιον τὸν χρυσοῦν, ὃν ἔλαβε παρ᾽ αὐτῆς, καὶ τὴν στηθοδεσμίδα, ἣν ἀπελελοίπει

Machata totam rem cognituram: neque enim mentiturum eum, ſi de tanta re interrogaretur. itaque ſilens abijt. Prima luce illa, ſiue dei quodam nutu, ſiue caſu aliquo, abiens fefellit. Mater autem, cum adueniſſet, ægrè admodum tulit, quòd eam non offenderet: adoleſcenti autem, & hoſpiti, re tota ab initio expoſita, genua amplexa Machatæ, hominem obſecrauit, vt nihil occultans veritatem proderet. Adoleſcens, animo anxius, initio quidem perturbari, vixq́ue demúm nomen edere, eſſe eam inquiens Philinnium: tum principium introitus exponere, & mulieris cupiditatem, quæ ſe clam parentes ad ipſum venire dixiſſet. Vtq́ue rei fidem faceret, quæ ab ea fuerant relicta, aperto riſco, protulit, annulum quem acceperat ab ea aureum, & faſciolam pectoralem, quam ſu-

periore

periore nocte reliquerat. Charito vbi tanta vidit ſigna, exclamauit: ſciſſiſque veſtibus, & vitta à capite proiecta, in terram concidit, indicijſque circumfuſa, luctum ab initio repetijt. Hoſpes iſta cernens, cum omnes in ſummo eſſent mœrore, ac lamentarentur, vt qui iamiam ſepeliendam ſibi Charitonem putarent; animo conturbato conſolari eam cœpit, vt finem eiulandi faceret rogans: promittenſque illam, ſi rediret, ei monſtraturum. quibus Charito mota verbis, mandato, vt operam daret diligenter, quo promiſſa impleret, domum abijt.. Vt nox facta eſt, & hora appetijt, ad quam horam Philinnium ſolebat ad ipſum ventitare, expectarunt ſanè illi aduentum: ipſa autem venit. Quæ cum conſueto tempore eſſet ingreſſa, & in lecto conſediſſet, Machates nihil præ ſe ferens quid vellet, rem

τῇ προτέρῃ νυκτί. Ὡς δὲ εἶδεν ἡ Χαριτὼ τηλικαῦτα σημεῖα, ἀναβοᾷ, καὶ διαρρήξασα ἑαυτῆς τά τε ἐνδύματα καὶ τὸ ἱμάτιον, ἀπό τε τῆς κεφαλῆς ῥίψασα τὸν κεκρύφαλον, πεσοῦσά τε εἰς τὴν γῆν, καὶ περιχυθεῖσα τοῖς γνωρίσμασιν, ἐξ ἀρχῆς ἐποιεῖτο πένθος. Θεωρῶν δὲ ὁ ξένος τὸ γινόμενον, καὶ πάντας ὄντας ὑπερπαθεῖς, καὶ θρηνοῦντας, ὡσανεὶ νῦν μέλλοντας κατορύττειν τὴν ἄνθρωπον, συνεχεῖτο, καὶ παρεκάλει δεόμενος παύσασθαι· ἐπαγγελλόμενος, ἐὰν παραγένηται, δείξειν αὐτήν. ἡ δὲ πεισθεῖσα, καὶ ἐντειλαμένη αὐτῷ φροντίσαι μὴ παρέργως τῶν ἐπηγγελμένων, ἀπελύθη πρὸς αὐτήν. Νυκτὸς δὲ ἐπιγινομένης, καὶ τῆς ὥρας οὔσης, καθ' ἣν ἡ Φιλίννιον εἰώθει παραγίνεσθαι πρὸς αὐτόν· οἱ μὲν προσετήρουν, εἰδῆσαι θέλοντες τὴν ἄφιξιν· ἡ δὲ, ἧκεν. εἰσελθούσης δὲ κατὰ τὸν εἰθισμένον καιρὸν, καὶ καθεζομένης ἐπὶ τὴν κλίνην, οὐδὲν προσποιηθεὶς ὁ Μαχάτης,

ἐξετάσαι δὲ τὸ πρᾶγμα βουλόμενος, τὸ πλέον οὐ πιστεύων, εἰ νεκρὰ πλησιάζοι, οὕτως ἐπιμελῶς παραγινομένη κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ἔπι δὲ δειπνούσης μετ' αὐτοῦ, καὶ συμπινούσης, ἀπίστως εἶχεν οἷς ἐκεῖνοι παρήγγελλαν. ᾤετο δὲ νεκρορύκτας τινὰς διωρυχέναι τὸν τάφον, καὶ πεπρακέναι τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ χρύσια, τῷ πατρὶ τοῦ ἀνθρώπου. βουλόμενος οὖν τὴν ἀκρίβειαν εἰδῆσαι, πέμπει τοὺς παῖδας λάθρα, καλοῦντας αὐτούς. ταχέως δὲ παραγινομένων τοῦ τε Δημοστράτου καὶ τῆς Χαρίτους, ἰδόντων τε αὐτὴν, καὶ γινομένων τὸ μὲν πρῶτον ἀφώνων τε καὶ ἐκπλαγῶν, διὰ τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως, ὕστερον δὲ ἀναβοησάντων μέγα, καὶ περιπεσόντων τῇ θυγατρί· τότε ἡ Φιλίννιον τοιαῦτ' εἶπεν αὐτοῖς. Ὦ μῆτερ, καὶ πάτερ, ὡς ἀδίκως ἐφθονήσατέ μοι μετὰ τοῦ ξένου ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας γενέσθαι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ λυποῦσαν οὐδέν. τοιγαροῦν ὑμεῖς μὲν πενθήσετε ἐξ ἀρχῆς, διὰ τὴν πολυπραγμοσύνην· ἐγὼ δὲ, ἄπειμι πά-

λιν

rem modò ipſam explorare cupiens, præſertim vt qui nequaquam crederet ſe cum mortua rem habere, quæ tam accuratè eodem temporis articulo ad ſe veniret; ad hæc etiam ſecum ederet, atque biberet: itaq; etiam ijs fidem non haberet, quæ ab illis narrabantur, putaretque quoſdam eorum, qui mortuos effodere ſolent, effoſſo ſepulcro veſtes & aureum mundum patri puellæ vendidiſſe. cupiens ergo rem certò perſpicere, pueros occultè mittit accitum eos. Cum autem confeſtim veniſſent Damoſtratus & Charito, vidiſſentque ipſam, & primò quidem muti ac conſternati adſtitiſſent, admirabili ſpectaculo attoniti, deinde autem magnum ſuſtuliſſent clamorem, ac filiam fuiſſent circumplexi: ibi tum Philinnium hæc eis dixit: O mater, & pater, quàm iniuſtè inuidiſtis mihi, vt cum hoſpite eſſem per triduum in domo paterna, abſque vllo maleficio. proinde vos denuò lugebitis, propter veſtram curioſitatem: ego autem rurſum abeo ad

locum mihi deſignatum. non enim abſque diuina voluntate huc veni. Hæc locuta, fuit illico mortua, corpuſque eius conſpicuum per lectum eſt extenſum. Matre autem circumfuſa, ac patre, cadaueri, magnoque coorto tumultu in ædibus, atque eiulatu, ob iſtam rem, cum & immedicabile ſpectaculum accidiſſet, & incredibilis caſus: ſtatim fama rei vrbem peruaſit, & ad me allata eſt. Iſtam igitur noctem ego turbam hominum, quæ ad ædes eas confluxerat, diſtinui, veritus ne quid nouarum rerum tentaretur, tali fama diſſipata. Summo manè refertum hominibus fuit theatrum; omnibuſque ſingulatim narratis, placuit, vt primò omnium iremus ad ſepulcrum, eoque aperto videremus, cadauérne in ſandapila eſſet, an verò vacuum locum inueniremus. nondum enim ſex menſes à morte mulierculæ elapſi erant. Poſtquam aperuimus cameram, in

λιν εἰς τὸν διατεταγμένον τόπον. Οὐ γὰρ ἄνευ θείας βουλήσεως ἦλθον εἰς ταῦτα. Τοσαῦτα εἰποῦσα, παραχρῆμα ἐγένετο νεκρὰ, ἐξέτατό τε ἐπὶ τῆς κλίνης ἐμφανὲς τὸ σῶμα. τῆς δὲ μητρὸς περιχυθείσης, καὶ τοῦ πατρὸς περὶ αὐτὴν, καὶ θορύβου πολλοῦ, καὶ θρήνου, κατὰ τὴν οἰκίαν γινομένου διὰ τὸ πάθος, ὡς ἀνηκέστου γεγονότος θεάματος, ἅμα τε ἀπίστου συμπτώματος, ταχέως ἐγένετο διὰ πόλεως τὸ πρᾶγμα περιβόητον, καί μοι προσηγγέλη. Τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην διακατέσχον ἐγὼ τοὺς ὄχλους, ἀθροιζομένους ἐπὶ τὴν οἰκίαν, εὐλαβηθεὶς, μήτις εἴη νεωτερισμὸς, διαδεδομένης τοιαύτης φήμης. ὄρθρου δὲ βαθέος πλῆρες ἦν τὸ θέατρον. Ῥηθέντων δὲ πάντων κατὰ μέρος, ἔδοξεν πρῶτον εἰσελθεῖν ἐπὶ τὸν τάφον ἡμᾶς, καὶ ἀνοίξαντας εἰδῆσαι, πότερον εἴη τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς κλίνης, ἢ κενὸν τόπον εὑρήσομεν. οὐδὲ γὰρ ἑξάμηνος ἐγεγόνει τῷ θανάτῳ τοῦ ἀνθρώπου. ἀνοιχθείσης δὲ ὑφ' ἡμῶν τῆς καμάρας, εἰς

τὴν πάντες οἱ οἰκεῖοι μεταλλάσσοντες ἐτίθεντο, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων κλινῶν ἐφάνη τὰ σώματα κείμενα, τῶν δὲ παλαίτερον τελευτηκότων τὰ ὀστᾶ· ἐπὶ μόνης δὲ, ἧς ἡ Φιλίννιον ἐτέθη, καὶ συνέβη ταφῆναι, εὕρομεν ἐπικείμενον τὸν δακτύλιον τὸν σιδηροῦν, ὃς ἦν τοῦ ξένου, καὶ τὸ χρυσόκλυστον ποτήριον, ἅπερ ἔλαβε παρὰ τοῦ Μαχάτου τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν. θαυμάσαντες δὲ, καὶ ἐκπλαγέντες, εὐθέως παραγινόμεθα πρὸς τὸν Δημόστρατον εἰς τὸν ξενῶνα, ὀψόμενοι τὴν νεκρὰν, εἰ κατ' ἀλήθειαν ἐμφανής ἐστιν. ἰδόντες δὲ χαμαὶ κειμένην, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἠθροιζόμεθα. τὰ γὰρ γεγονότα μεγάλα τε ἦν, καὶ ἄπιστα. Θορύβου δὲ ὄντος νεανικοῦ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ σχεδὸν οὐδενὸς δυναμένου κρῖναι τὰ πράγματα, πρῶτος Ὕλλος, ὀνομαζόμενος παρ' ἡμῖν, οὐ μόνον μάντις ἄριστος, ἀλλὰ καὶ οἰωνοσκόπος κομψὸς εἶναι, τά τε ἄλλα συνεωρακὼς ἐν τῇ τέχνῃ περιττῶς, ἀναστὰς, ἐκέλευεν τὴν μὲν ἄνθρωπον, κατα-

κλείειν

in quam omnes iſtius familiæ defuncti reponebantur, alijs quidem in culcitris conſpeximus cadauera ſita, & oſſa eorum, qui ante ſpacium temporis longius fuerant mortui: in ea ſola, in quam repoſita, & ſepulta, fuerat Philinnium, inuenimus iacentem annulum ferreum, qui fuerat hoſpitis; & poculum inauratum, quæ illa primo die à Machate acceperat. Admirati, atque ſtupentes præ admiratione, ſtatim ad Damoſtratum in diuerſorium nos contulimus, vt videremus, an re vera cadauer mulieris conſpiceretur. Quod cum vidiſſemus humi iacere, in concionem conuenimus: nam & magna erant, quæ euenerant, & incredibilia. Cum autem in concione tumultus exiſteret ingens, ac nemo fere negotium dijudicare poſſet; primus Hyllus, qui apud nos non ariolus modò optimus, ſed & augur præclarus habebatur, atque in arte diuinandi abundè omnia habebat perſpecta, ſurgens, mulieris cadauer

κλείειν ἐκτὸς ὁρίων, (οὐ γὰρ συμφέρειν ἔτι ταύτην ἐντὸς ὁρίων τεθῆναι εἰς γῆν· ἀποτροπιάσασθαι δὲ Ἑρμῆν Χθόνιον, καὶ Εὐμενίδας.) εἶτα οὕτω περικαθαίρεσθαι πάντας, ἁγνίσαι δὲ καὶ τὰ ἱερὰ, καὶ ὅσα θεοῖς χθονίοις νομίζεται ποιῆσαι, συνέταξεν. ἐμοί τε ἰδίᾳ εἶπεν περὶ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν πραγμάτων, θύειν τε Ἑρμῇ, Διΐ τε Ξενίῳ, καὶ Ἄρει· καὶ συντελεῖν ταῦτα μὴ παρέργως. Ταῦτα δὲ ἀποφηναμένου τούτου, τὸ μὲν συνταχθὲν ἡμεῖς ἐπράττομεν· ὁ δὲ ξένος ὁ Μαχάτης, πρὸς ὃν παρεγίνετο τὸ φάσμα, ὑπ᾽ ἀθυμίας ἑαυτὸν ἐξήγαγεν τοῦ ζῆν. Ἐὰν οὖν σοι φαίνεται περὶ τούτων γράφειν τῷ βασιλεῖ, ἐπίστειλον κἀμοὶ, ἵνα καὶ τῶν σωμάτων τινὰ τῶν ἱστορούντων τὰ κατὰ μέρος, διαποστείλω σοι. ἔρρωσο.

ΚΕΦ. Β'.

Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἱέρων ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἢ Ἐφέσιος, καὶ ἐν Αἰτωλίᾳ φάσμα γενέσθαι. Πολύκριτος γάρ, τις τῶν πολιτῶν, ἐχειροτονήθη ὑπὸ τοῦ δήμου Αἰτωλάρχης, ἐπὶ τρία ἔτη τῶν πολιτῶν αὐτὸν ἀξιωσάντων, διὰ τὴν ὑπάρχουσαν ἐκ προγόνων καλοκαγαθίαν. ὢν δὲ ἐν τῇ ἀρχῇ ταύτῃ ἄγεται γυναῖκα Λοκρίδα, καὶ συγκοιμηθεὶς τρισὶ νυξὶ, τῇ τετάρτῃ τὸν βίον ἐξέλιπεν· ἡ δὲ ἄνθρωπος, ἔμενεν ἐν τῇ οἰκίᾳ χηρεύουσα. ἡνίκα δὲ ὁ τοκετὸς ἤπειγεν, τίκτει παιδίον, αἰδοῖα ἔχον δύο, ἀνδρεῖόν τε καὶ γυναικεῖον, ἐπὶ τὴν φύσιν θαυμαστῶς διηλλαγμένον. τὰ μὲν ἄνω τοῦ αἰδοίου, ὁλόκληρά τε καὶ ἀνδρώδη ἦν· τὰ δὲ περὶ τοὺς μηροὺς, γυναικεῖα, καὶ ἁπαλώτερα. ἐφ᾽ ᾧ καταπλαγέντες οἱ συγγενεῖς, ἀπήνεγκαν εἰς τὴν ἀγορὰν τὸ παιδίον· καὶ συναγαγόντες τὴν ἐκκλησίαν, ἐβουλεύοντο περὶ αὐτοῦ, θύτας τε καὶ τερατοσκόπους συγκαλέσαντες.

τῶν

Cap. II.

Narrat etiam Hiero, ſiue Alexandrinus is eſt, ſiue Epheſius, in Aetolia ſpectrum extitiſſe. Polycritus, quidam de ciuibus, à populo gentis Aetolæ præfectus (ipſi Aetolarcham vocant) eſt deſignatus per triennium, ciuibus eum ad hoc munus depoſcentibus, ob virtutem à maioribus ad ipſum propagatam. Eum gerens magiſtratum Polycritus, vxorem ducit Locridem: cum qua vt tres dormiuit noctes, quarta extremum vitæ diem morte confecit. Mulier domi vidua manſit; &, cum partus tempus appetijſſet, infantem peperit binis pudendis, maſculino ac fœminino, mirificè omnino monſtroſum: quæ ſupra pudenda erant partes, ſolidæ erant, & maſculæ: quæ circum femora, fæminea, & tenera. Perterriti hoc caſu propinqui, fœtum in forum protulerunt: aduocataque concione, & coactis ſacrificulis, atque monſtrorum inſpectoribus, de eo deliberarunt. Horum

rum alij pronunciarunt, diſſidium aliquod Aetolorum & Locrenſium portendi. fœtum enim diuiſum eſſe, matris Locridis, ac patris Aetoli. Alij cenſuerunt, matrem cum fœtu extra fines Aetoliæ deportari, ac cremari, debere. Dum hæc conſultantur, ſubitò Polycritus, pridem mortuus, in concione exiſtit prope infantem, atra amictus veſte. Is perterritos ciues eo ſpectro, & pleroſque fugam facientes, bono iubet eſſe animo, neque ob hanc apparitionem conturbari. Poſtquàm tumultus maiori ex parte ſedatus fuit, tenui voce ita infit: Ego, ciues, corpore mortuus, beneuolentia & fauore erga vos viuo; & nunc adſum coram vobis, qui rebus terrenis imperatis, commodi veſtri cauſa. Hortor itaque vos, ciues meos, ne tumultuemini, néue ob tam mirabilem apparitionem aliquid capiatis moleſtiæ.

τῶν δὲ οἱ μὲν, ἀπεφήναντο διάστασίν τινα τῶν
Αἰτωλῶν καὶ Λοκρῶν ἔσεσθαι· κεχωρεῖσθαι γὰρ
ἀπὸ μητρὸς, οὔσης Λοκρίδος, καὶ πατρὸς
Αἰτωλοῦ. οἱ δὲ, δεῖν φόνου, τὸ παιδίον καὶ τὴν
μητέρα ἀπενεγκόντας εἰς τὴν ὑπερορίαν,
κατακαῦσαι. Ταῦτα δὲ αὐτῶν βουλευομένων,
ἐξαίφνης φαίνεται ὁ Πολύκριτος, ὁ προτε-
θνηκὼς, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πλησίον τοῦ τέκνου,
ἔχων ἐσθῆτα μέλαιναν. τῶν δὲ πολιτῶν κα-
ταπλαγέντων ἐπὶ τῇ φαντασίᾳ, καὶ πολλῶν
εἰς φυγὴν τρεπομένων, παρεκάλεσε τοὺς
πολίτας θαῤῥεῖν, καὶ μὴ ταράττεσθαι ἐπὶ τῷ
γεγονότι φάσματι. Ἐπεὶ δὲ ἔληξε τὸ πλέον
τοῦ θορύβου, καὶ τῆς ταραχῆς, ἐφθέγξατο λεπτῇ
τῇ φωνῇ τάδε. Ἐγὼ, ἄνδρες πολῖται, τῷ
μὲν σώματι τέθνηκα, τῇ δὲ εὐνοίᾳ καὶ τῇ χά-
ριτι πρὸς ὑμᾶς, ζῶ. καὶ νῦν πάρειμι πρὸς
ὑμᾶς, τοὺς κυριεύοντας τῶν κατὰ γῆν, ἐπὶ τῷ
συμφέροντι τῷ ὑμετέρῳ. παρακαλῶ τοίνυν
ὑμᾶς, πολίτας ὄντας ἐμοῦ, οὐ μὴ ταράττεσθαι,
μηδὲ δυσχεραίνειν, ἐπὶ τῷ παραδόξῳ γε-

γονότι φάσματι. δέομαι δὲ ὑμῶν ἁπάντων, καὶ εὐχόμενος πρὸς τῆς ἑκάστου σωτηρίας, ἀποδοῦναί μοι τὸ παιδίον, τὸ ἐξ ἐμοῦ γεγενημένον, ὅπως μηδὲν βίαιον γένηται, ἄλλό τι βουλευσαμένων ὑμῶν· μὴ δ' ἀρχὴ πραγμάτων δυσχερῶν, καὶ χαλεπῶν, διὰ τὴν πρὸς ἐμὲ φιλονεικίαν, ὑμῖν γένηται. οὐ γὰρ ἐνδέχεταί με περιιδεῖν κατακαυθὲν τὸ παιδίον ὑφ' ὑμῶν, διὰ τὴν τῶν ἐξαγγελλόντων ὑμῖν μάντεων ἀποπληξίαν. συγγνώμην μὲν οὖν ὑμῖν ἔχω, ὅτι, τοιαύτην ὄψιν ἀπροσδόκητον ἑωρακότες, ἀπορεῖτε πῶς ποτε τοῖς παροῦσι πράγμασιν ὀρθῶς χρήσεσθε. Εἰ μὲν οὖν ἐμοὶ πειθήσεσθε, ἀδεῶς τῶν παρόντων φόβων, καὶ τῶν ἐπερχομένων κακῶν, ἔσεσθε ἀπηλλαγμένοι· εἰ δὲ ἄλλως πως τῇ γνώμῃ προσπεσεῖσθε, φοβοῦμαι περὶ ὑμῶν, μήποτε εἰς ἀνηκέστους συμφορὰς, ἀπειθοῦντες ἡμῖν, ἐμπέσητε. Ἐγὼ μὲν οὖν, διὰ τὴν ὑπάρχουσαν εὔνοιαν, ὅτ' ἔζων, καὶ νῦν ἀπροσδοκήτως παρὼν, προείρηκα τὸ συμφέρον ὑμῖν. Ταῦτ'

οὖν ὑμᾶς

leſtiæ. obteſtor autem vnumquemque veſtrûm per ſuam ipſius ſalutem, vt mihi ex me genitum infantem reddatis; ne quid violentum contingat, in aliam vobis diſcedentibus ſententiam: néue, contendendi mecum ſtudio, difficilium atatque aduerſarum rerum fiat exordium. Non enim fieri poteſt, vt negligam iſtam iniuriam, ſi, ſecuti ſtupiditatem vatum veſtrorum, infantem cremetis. Ignoſco ſanè vobis, quòd, improuiſo hoc monſtro conſpecto, dubitatis quid ſit agendum. Quòd ſi mihi obtemperatis, metu præſenti, & impendentibus malis, tutò liberabimini: ſin aliò ſententia veſtra inclinabit, metuo ne, dum mihi dicto audientes eſſe non vultis, in extremas incidatis calamitates. Atque ego quidem ea, quam viuus erga vos geſſi, ductus beneuolentia, nunc quoque non expectatus adſum; &, quid in rem ſit veſtram, monui.

A vo-

A vobis autem peto, ne diutius me trahatis: ſed, re recta via putata, mihi obſequamini, & bono cum omine infantem tradatis. non enim licet mihi longiorem moram producere, propter dominos, qui ſub terra ſunt. Hæc locutus, aliquantulum quieuit: expectans, quid ad poſtulata ſua eſſent reſponſuri. Non defuerunt, qui tradendum ei infantem, itaque & monſtrum, & qui apparuiſſet genium, auerruncandum eſſe cenſerent. ſed maxima pars eam ſententiam impugnabat: ac per ocium de re tanta, & quæ haberet explicatus difficillimos, deliberandum contendebat. Cernens ergo Polycritus, eos ſibi animum non aduertere, ſed conſilium ipſius impedire, rurſum ita locutus eſt: Itaque ergo, ciues, ſi quid ob conſilij prauitatem vobis aduerſi eueniet, non mihi id, ſed fortunæ, imputate, quæ vos ita ad deteriora ducit:

quæ

οὖν ὑμᾶς ἀξιῶ, μὴ πλείω με χρόνον παρέλκειν, ἀλλὰ βουλευσαμένους ὀρθῶς, καὶ πεισθέντας τοῖς εἰρημένοις ὑπ' ἐμοῦ, δοῦναί μοι μετ' εὐφημίας τὸ παιδίον. Οὐ γὰρ ἐνδέχεταί μοι πλείονα μηκύνειν χρόνον διὰ τοὺς κατὰ γῆν ὑπάρχοντας δεσπότας. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ἡσυχίαν ἔσχεν ἐπ' ὀλίγον, καραδοκῶν ποίαν ποτὲ ἐξοίσωσιν αὐτοὶ γνώμην περὶ τῶν ἀξιουμένων. Τινὲς μὲν οὖν ᾤοντο, δεῖν ἀποδοῦναι τὸ παιδίον, καὶ ἀφοσιώσασθαι τό τε φάσμα, καὶ τὸν ἐπιστάντα δαίμονα. οἱ δὲ πλεῖστοι ἀντέλεγον, ἐπὶ σχολῆς δεῖν βουλεύσασθαι φάσκοντες, ὡς ὄντος μεγάλου τοῦ πράγματος, καὶ οὐ τῆς τυχούσης αὐτοῖς ἀπορίας. Συνιδὼν δὲ αὐτοὺς οὐ προσέχοντας, ἀλλ' ἐμποδίζοντας αὐτοῦ τὴν βούλησιν, ἐφθέγξατο αὖθις τάδε. Ἀλλ' οὖν γε, ὦ ἄνδρες πολῖται, ἐὰν ὑμῖν συμβαίνῃ τι τῶν δυσχερεστέρων διὰ τὴν ἀβουλίαν, μὴ ἐμὲ αἰτιᾶσθε, ἀλλὰ τὴν τύχην, τὴν οὕτως ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑμᾶς ποδηγοῦσαν.

ἥτις, ἐναντιουμένη κἀμοὶ, παρανομεῖν ἀναγκάζει με εἰς τὸ ἴδιον τέκνον. Τοῦ δὲ ὄχλου συνδραμόντος, καὶ περὶ τὴν ἄρσιν τοῦ τέρατος ἔχοντος, ἐπιλαβόμενος τοῦ παιδίου, καὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἀνείρξας ἰταμώτερον, διέσπασέ τε αὐτὸ καὶ ἤσθιε. κραυγῆς δὲ γινομένης, καὶ λίθων ἐπ᾽ αὐτὸν ἐκριπτομένων, ὑπελάμβανον τροπὴν αὐτοῦ ποιήσασθαι. ὁ δὲ ἄπληκτος ὢν ὑπὸ τῶν λίθων, τὸ σῶμα πᾶν τοῦ παιδίου κατανάλωσε πλὴν τῆς κεφαλῆς, καὶ αὐτίκα ἀφανὴς ἐγένετο. Δυσφορούντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τοῖς γινομένοις καὶ ἐν ἀπορίᾳ καθεστηκότων οὐ τῇ τυχούσῃ, βουλομένων τε ἀποστεῖλαι εἰς Δελφοὺς, φθέγγεται ἡ κεφαλὴ τοῦ παιδίου, ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κειμένη, καὶ λέγει χρησμῷ τὰ ἀποβησόμενα·

Ὦ πολυύμνητον ναίων χθόνα λαὸς ἀπείρων,
Μὴ στεῖχ᾽ ἐς Φοίβου τέμενος, ναόν τε θυώδη·
Οὐ γάρ σοι καθαραὶ χέρες αἵματος αἰθέρ᾽ ἔχουσιν,

Ἀλλὰ

quæ, mihi quoq; aduerſa, in prolem meam me nefarium reddit. Concurrente ad hæc verba turba, & tollere monſtrum conante, arripiens infantem, & pleroſque ferocius abigens, diſcerpſit eum, ac vorauit. Clamorem multitudo ſuſtulit, lapidibuſque eum coniectis arcere aggreſſa eſt: verùm ille, nullis ſaxòrum obnoxius ictibus, totum infantis corpus, demto capite, abſumpſit, ſubitoq; euanuit. Quod factum cum Aetoli ægrè ferrent, & in anxietatem haud mediocrem venirent, Delphoſque mittere vellent, caput infantis, in ſolo iacens, loquitur, & oraculo futura indicat:

O populoſa colens famoſas natio terras,
Non lucos adeas Phœbi, & fragrantia templa:
Namque manus tibi pollutæ tolluntur in auras,

*Ante pedeſque nefas poſitum via publica
tangit.
Mitte iter ad tripodes, atque ex me diſce
futura:
Nam tibi fata canam, quæ ſint ventura-
que dicam.
Hæc vbi lux primùm reuoluto illuxerit
anno,
Corpora Locrorum ſimul Aetolúmque Mi-
neruæ
Paſſim morte atra ſternentur plurima iuſ-
ſu,
Interitus animæ expertes poſt funera vi-
uent.
Nec requies erit vlla mali, vel paruula,
vobis;
Nam iam nunc cædis ſtillæ caput omne per-
errant,
Omnia nox tegit, & nimbus ſuper incidit
ater.
Quiſque domi viduus ſua membra in limi-
ne ponet,*

Nulla

Ἀλλὰ μύσος προπάροιθε ποδῶν ἐνθάδε κελεύθου.
Φράζεο δ' ἐξ ἐμέθεν, τρίποδος δ' ἀπόειπε κέλευθον,
Μαντοσύνης πᾶσαν γὰρ ἐφετμὴν σοι καταλέξω.
Ἤματι καὶ τούτῳ περιτελλομένου ἐνιαυτοῦ,
Ὤρσεται πᾶσιν θάνατος (ψυχαὶ δὲ βίονται)
Λοκρῶν Αἰτωλῶν τ' ἀναμὶξ βουλῆσιν Ἀθήνης,
Οὐδ' ἀναπαύλησις κακοῦ ἔσεται, οὐδ' ἠβαιόν.
Ἤδη γὰρ ψεκάδες φοινικαὶ κατὰ κρᾶτα κέχυνται·
Νὺξ δὲ ἐπὶ πάντα κέκευθε, μέλας δ' ἐπιδέδρομεν αἰθήρ·
Αὐτίκα νὺξ δὲ ἔρεβος πᾶσαν κατὰ γαῖαν ὄρωρεν,
Χῆροι δ' οἶκοι πάντες ἐπ' οὔδεϊ γοῦνα κλινοῦσιν,

Οὐδὲ γυνὴ πένθος ποτὲ λείψεται, οὐδέ νυ παῖδες,
Ἐν μεγάροις γόωσι φίλους πατέρας περιφῦντες·
Τοῖον γὰρ τόδε κῦμα κατέδραμε πᾶσι κατ' ἄκρης.
Αἲ αἲ πατρίδ' ἐμὴν αἰεὶ στένω, αἰνὰ παθοῦσαν,
Μητέρα τ' αἰνοτάτην, ἣν ὕστερον ἔκλυσεν αἰὼν,
Νώνυμόντε θεοὶ γενέεσιν θήσουσιν ἅπαντες·
Λοκρῶν τ' Αἰτωλῶν τ' ὅπι που καὶ σπέρμα λίποιτο,
Οὕνεκ' ἐμὴν κεφαλὴν λίποι αἰὼν, οὐδέ νυ πάντα
Σώματος ἠφάνικεν μέλε' ἄκριτα, λεῖπε δὲ γαῖαν,
Ἀλλά γ' ἐμὴν κεφαλὴν θέμενοι ἠοῖ φαινομένηφι·
Μὴ δέ θ' ὑπὸ ζοφερὴν γαῖαν καταχρυπτέμενοι ἔνδον·

Αὐτοὺς

Nulla virum mulier lugebit, nulla parentes
Vſque amplexa ſuos deflebit funera proles:
Vſque adeò cunctos lethalis proluet æſtus.
Heu patriam ſemper gemo, tam crudelia paſſam;
Et miſeram matrem, quæ mortem poſtmodò obiuit.
Obſcuros etiam ſuperi, & ſine nomine ponent,
Aetolo & Locro quidquid de ſemine fiet.
Vita meo capiti ſuperat quia, nec mea membra
Protinus à terris aboleuit cuncta recedens;
Vos caput auroræ iubeo hoc exponere luci,
Nec terræ infoſſum nigris celare cauernis:

Atque

Atque ex hinc patria iubeo migrare relicta,
Palladis ad populumque & cultas pergere terras,
Effugium lethi ſi quod fors fata miniſtrent.

Audito hoc Aetoli oraculo, vxores, infantes, & ſenio prouectos expoſuerunt, quò quiſque potuit: ipſi manſerunt domi, &, quid futurum eſſet, expectauerunt. Contigit autem, vt anno proximo inter Aetolos & Acarnanes bellum exiſteret, & vtrinque magna fieret clades.

CAP. III.

Narrat etiam Antiſthenes philoſophus Peripateticus, Acilium Glabrionem conſulem cum legatis Porcio Catone & L. Valerio Flacco, prælio congreſſum cum Antiocho apud Thermopylas, acriter pugnaſſe, & milites Antiochi coëgiſſe arma abijcere. Ipſum Antiochum primum cum

Αὐτοὺς δὲ προλιπόντας ἑὸν χῶρον μετ' ὄπισθεν,
Στείχειν εἰς ἄλλον χῶρον καὶ λαὸν Ἀθηνῶν,
Εἴ τινά που θανάτοιο λύσιν καὶ μοῖραν ἔλησθε.

Ἀκούσαντες δὲ οἱ Αἰτωλοὶ τοῦ χρησμοῦ, γυναῖκας μὲν, καὶ τὰ νήπια τέκνα, τούς τε ὑπεργήρως, ὑπεξέθεντο οὗ ἕκαστος ἐδύνατο· αὐτοὶ δὲ ἔμενον, καραδοκοῦντες τὸ ἀποβησόμενον. καὶ συνέβη τῷ ἑξῆς ἔτει Αἰτωλοῖς καὶ Ἀκαρνᾶσι συστῆναι πόλεμον, καὶ φθορὰν πολλὴν ἑκατέρων γενέσθαι.

ΚΕΦ. Γ'.

Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἀντισθένης Περιπατητικὸς φιλόσοφος, Ἀκίλιον Γλαβρίωνα τὸν ὕπατον, μετὰ πρεσβευτῶν Πορκίου Κάτωνος, καὶ Λευκίου Οὐαλερίου Φλάκκου, παραταξάμενον Ἀντιόχῳ ἐν Θερμοπύλαις, γενναίως τε ἀγωνισάμενον, βιάσασθαι, ῥῖψαι μὲν τὰ ὅπλα τοὺς μετ' Ἀντιόχου· αὐτὸν δὲ, τὰ μὲν πρῶτα

εἰς Ἰταλίαν, μετὰ πεντακοσίων ὑπασπιστῶν, φυγεῖν· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν εἰς Ἔφεσον ἀναγκάσαι ὑπεξελθεῖν. ὁ δὲ Ἀκίλιος, Κάτωνα μὲν εἰς Ῥώμην ἀπέστειλεν, ἀπαγγελοῦντα τὴν νίκην· αὐτὸς δὲ, ἐπ' Αἰτωλοὺς καθ' Ἡράκλειαν ἐστράτευσεν, ἣν ἐξ ὑμαροῦς ἔλαβεν. ἐν δὲ τῇ παρατάξει, τῇ γενομένῃ πρὸς Ἀντίοχον ἐν Θερμοπύλαις, ἐπιφανέστατα σημεῖα ἐγένετο Ῥωμαίοις. ἐπιφανέντος γὰρ Ἀντιόχου, καὶ φυγόντος τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, ἐγίνοντο οἱ Ῥωμαῖοι περὶ ἀναίρεσιν τῶν ἐκ τῆς σφετέρας δυνάμεως πεπτωκότων, καὶ περὶ συλλογὴν λαφύρων τε, καὶ σκύλων, καὶ αἰχμαλώτων. Βούπλαγος δέ τις, τῶν ἀπὸ Συρίας ἱππάρχης, τιμώμενος παρὰ τῷ βασιλεῖ Ἀντιόχῳ, ἔπεσε καὶ αὐτὸς, γενναίως ἀγωνισάμενος. ἀναιρουμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων πάντα τὰ σκῦλα, καὶ μεσούσης τῆς ἡμέρας, ἀνέστη ὁ Βούπλαγος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἔχων τραύματα δέκα δύο· καὶ παραγενόμενος εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτῶν, ἀνεῖπε λεπτῇ φωνῇ τούσδε δὲ τοὺς στίχους·

Παῦσαι

cum 10 ſatellitibus in Aetoliam fugiſſe, inde compulſum Epheſum diſcedere. Acilius (vt is narrat) Catonem, victoriæ nunciandæ cauſa, Romam miſit; ipſe in Aetolos mouit: & Heracleam adortus, nullo negotio cepit. In pugna autem apud Thermopylas, Romanis ſigna illuſtriſſima ſunt facta. Nam cum ſe oſtendiſſet ipſis Antiochus, ac fugiſſet: poſtridie Romani ſe colligendis ijs, qui ab ipſorum parte ceciderant, tum legendis ſpolijs, atque exuuijs, & captiuis, dederunt. Ibi Buplagus quidam Syrus, qui magno in precio apud Antiochum fuerat, turmamque equorum duxerat, fortiterque prœlians ceciderat, Romanis, cum omnia ſpolia legiſſent, media die è mortuis ſurrexit, vulneribus affectus XII, & in caſtra eorum aduenit, atque hos verſus exili voce pronunciauit:

Deſiſte ad manes turbam ſpoliare profe-
ctam:
Succenſet Jupiter iam nunc, facta impia cernens,
Iratus cædem ob legionis , & ob tua facta;
Immanem gentemque tuas immittet in oras,
Imperio tibi quæ tua facta rependat ademto.

Perturbati his verbis duces, celeriter multitudinem in concionem conuocarunt, ac de ſpectro conſultarunt. Placuit, vt Buplagus, ſtatim à recitatis verſibus extinctus, cremaretur, ac ſepeliretur; luſtraretur exercitus, Ioui Auerruncatori ſacrum fieret: mitterenturque Delphos, qui, quid agendum

Παῦσαι σκυλεύων στρατὸν ἄϊδος εἰς
χθόνα βάντα,
Ἤδη γὰρ Κρονίδης νεμεσᾷ Ζεὺς, μέρμερα λεύσσων,
Μηνίει δὲ φόνῳ στρατιᾶς, καὶ σοῖσιν ἐπ'
ἔργοις,
Καὶ πέμψει φῦλον θρασυκάρδιον εἰς
χθόνα τὴν σὴν,
Οἵ σ' ἀρχῆς παύσουσιν, ἀμείψῃ δ' οἷά
γ' ἔρεξας.

Ταραχθέντες δὲ οἱ στρατηγοὶ ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσιν, διὰ ταχέων συνήγαγον τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν. καὶ ἐβουλεύοντο περὶ τοῦ γεγονότος φάσματος. ἔδοξεν οὖν, τὸν μὲν Βούπλαγον, παραχρῆμα μετὰ τὰ λεχθέντα ἔπη ἀποπνεύσαντα, κατακαύσαντας θάψαι. καθαρμὸν δὲ ποιήσαντας τοῦ στρατοπέδου, θῦσαι Διῒ Ἀποτροπαίῳ, καὶ πέμψαι εἰς Δελφοὺς, ἐρωτήσοντας τὸν θεὸν, τί χρὴ ποιεῖν. Παραγενομένων δὲ Πυθῶδε τῶν θεωρῶν, καὶ πυνθανομένων, τί

ποιητέον, ἀνεῖπεν ἡ Πυθία τόν δε τὸν χρησμόν·

Ἴσχεο νῦν, Ῥωμαῖε, δίκη δέ τι ἔμμονος
ἔστω,
Μή σοι ἐφορμήσῃ Παλλὰς πολὺ φέρτερον Ἄρη·
Χηρώσῃ δ' ἀγοράς· σὺ δὲ, νήπιε, πολλὰ
μογήσας,
Ἵξεαι ἐς χώρην τὴν σὴν, πολὺν ὄλβον
ὀλέσας.

Ἀκούσαντες οὖν τοῦ λόγου τούτου, τὸ μὲν ἐπιστρατεῦσαι ἐπί τινα τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικούντων, ἀπέγνωσαν τὸ παράπαν· ἀναζεύξαντες δὲ ἀπὸ τοῦ προειρημένου τόπου, παρεγένοντο ἐπὶ Ναύπακτον τῆς Αἰτωλίας, ὅ ἐστιν ἱερὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων, εὐτρεπίζοντες θυσίας δημοτελεῖς, ἀπαρχάς τε, ἐξ ἔθους. Τούτων δὲ ἐπιτελουμένων, ὁ στρατηγὸς Πόπλιος, ἐμμανὴς γενόμενος, καὶ παράφρων, ἀποφθέγγετο πολλά τινα ἐνθουσιωδῶς, τὰ μὲν ἐν μέτρῳ, ἐστὶν δ' ἃ καὶ καταλογάδην. διαγγελθέν-

dum eſſet, perquirerent. Conſultoribus Pythia ſic reſpondit:

Deſine nunc, Romane, & ius fac ſit tibi cordi,
Ne longè maiori inſtructum robore Martem
Immittat Pallas tibi, qui fora ciuibus atrox
Atque domos viduet. poſt multos, ſtulte, labores
Amiſſis opibus repetes tua limina magnis.

Quo audito, Romani omne conſilium expeditionis, in aliquem Europæ habitatorem ſuſcipiendæ, abiecerunt: &, motis caſtris, à dicto loco Naupactum venerunt, Aetoliæ vrbem, vbi commune eſt Græcorum templum; ibique ſacrificia publica, & primitias, de more adornarunt. Hæc cum celebrarentur, imperator Publius, inſania correptus, multa diuino animi inſtinctu pronunciauit; quædam verſibus, alia ſoluta oratione. Quæ res cum

cum eſſet indicata multitudini, omnes ad Publij tentorium concurrerunt, ſimul & conſternati, atque dolore affecti, eo quòd optimus ipſorum dux, atque peritiſſimus, in eam deueniſſet miſeriam: & cupientes audire, quæ diceret. & tantus fuit concurſus, vt quidam, vehementius preſſi, ſuffocarentur. Verſus, quos ille pronunciauit, cum eſſent adhuc in tentorio, hi ſunt:

Eheu quàm dirum Pallas tibi, patria, Martem
Immittet, poſtquàm Auſonias remeâris ad vrbes,
Deuaſtata Aſia natale ſolumque beata,
Thrinaciamque, Deûm quam rex fundauit, amœnam.
Nam procul ex Aſia, quâ ſunt Hyperionis ortus,
Adueniet grauis, atque animis exercitus ingens,

Traiecto-

γελθέντος δὲ τῷ πλήθει τοῦ πράγματος, συνέθεον πάντες πρὸς τὴν σκηνὴν τοῦ Ποπλίου, ἅμα μὲν ὑπαγωνιῶντες καὶ ἐκπεπληγμένοι, ἐπὶ τῷ τὸν κράτιστον αὐτῶν, καὶ δυνάμενον ἀφηγεῖσθαι μετ' ἐμπειρίας, ἠτυχηκέναι· ἅμα δὲ ἀκούειν βουλόμενοι τὰ λεγόμενα· ὥστέ τινας αὐτῶν πιεσθέντας βιαιότερον, ἀποπνιγῆναι. Τὰ μὲν οὖν ἐν μέτρῳ ῥηθέντα ὑπ' αὐτοῦ, ἔτι ὄντων ἐν τῇ σκηνῇ, ἐστὶν τάδε.

Ὦ πατρὶς, οἷόν σοι λυγρὸν φέρει Ἄρη Αἰτωλών,
Ἡνίκα πορθήσασ' Ἀσίην πολύολβον ἵκηαι
Ἰταλίην ἐς γαῖαν, εὐστεφανοῦς τε πόληας,
Θρινακίην νήσων πολυηράτων, ἣν κτίσατο Ζεύς.
Ἥξει γὰρ στρατιὴ πολυφέρτατος, ὀβριμόθυμος,
Τηλόθεν ἐξ Ἀσίης, ὅθεν ἡλίου ἀντολαί εἰσιν,

Καὶ βασιλεὺς διαβὰς στενὸν. πόρον Ἑλλησπόντου,
Ὅρκια πιστὰ ταμεῖ πρὸς κοίρανον Ἠπειρωτῶν.
Ἄξει δ' εἰς Ἀσίην στρατιὴν ἀνάριθμον, ἀγείρας
Πάντοθεν ἐκ τ' Ἀσίης ἠδ' Εὐρώπης ἐρατεινῆς,
Καί σε δαμᾷ· χήρους δ' οἴκους, καὶ τείχεα, θήσει·
Δουλοσύνην δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας
Τεύξει, μήνιδος οὕνεκ' Ἀθηνάιης μεγαθύμου.

Ἀνθρώπων δὲ τοῦ στίχους τούτους, ὥρμησεν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐν χιτῶνι, καὶ ἀπεφθέγξατο καταλογάδην τάδε. Μηνύομαι, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, καὶ πολῖται, διαβάντας ἐπὶ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν, νικῆσαι ὑμᾶς τὸν βασιλέα Ἀντίοχον, ναυμαχήσαντάς τε καὶ πεζῇ παραταξαμένους· κυριεῦσαι δὲ τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ

Traiectoque freto rex anguſti Helleſponti
.Cum domino Epiri firmiſſima fœdera iunget,
Inque Aſiam innumero conflatas milite turbas
Ex Aſia, Europæque educet finibus amplæ.
Te ſubiget, viduaſque domos, muroſque, relinquet;
Seruitioque premet, ſpe libertatis ademta.
Atque hæc ob ſæuam fient Tritonidis iram.

His pronunciatis, tunicatus è tentorio ſe proripuit, & ſoluta oratione ita eſt locutus: Significamus, milites, atque ciues, vos ex Europa in Aſiam digreſſos, Antiochum regem terra marique commiſſis ſuperaſſe prælijs: ſubegiſſe quidquid eſt citra

Taurum regionis, & vrbium in ea conditarum, expulſo in Syriam Antiocho: regionem eam, & vrbes, Attali filijs vos tradidiſſe: Galatas, qui in Aſia degunt, vobiſcum pugna congreſſos ſuccubuiſſe: mulieres eorum, liberos, & omnia impedimenta vos cepiſſe, & in Europam duxiſſe. A Thracibus, qui in Europa oram Propontidis & Helleſponti accolunt, redeuntes vos, apud Ænianum regionem inuaſum iri, & eos nonnullis occiſis partem prædæ vobis erepturos: reliquis Romam perlatis cum rege Antiocho fœdus extiturum, ea conditione, vt is certam pendat pecuniam, & quadam regione cedat. His dictis, magna voce in hæc verba clamauit: Video ex Aſia traijcere exercitus ferreis pectoribus, regeſque in vnum conductos, & gentes varias in Europam,

Ταύρου χώρας πάσης, καὶ τῶν πόλεων τῶν ἐκτισμένων ἐν αὐτῇ, ἐκβαλόντας τὸν Ἀντίοχον εἰς Συρίαν. ταύτην δὲ παραδοθῆναι, καὶ τὰς πόλεις, τοῖς Ἀττάλου υἱοῖς. Γαλάτας δὲ, τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ Ἀσίᾳ, παραταξαμένους πρὸς ὑμᾶς, ἡττηθῆναι. τῶν δὲ γυναικῶν, καὶ τέκνων, καὶ τῆς ἀποσκευῆς πάσης, κυριεῦσαι ὑμᾶς, καὶ ἀγαγεῖν εἰς τὴν Εὐρώπην· τοὺς δὲ κατοικοῦντας ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὴν παραλίαν Θρᾶκας, τῆς τε Προποντίδος καὶ Ἑλλησπόντου, ἀναλύουσιν ὑμῖν ἀπὸ τῆς στρατείας, ἐπίθεσιν ποιήσεσθαι περὶ τὴν τῶν Αἰνιάνων χώραν, καί τινας διαφθείραντας, ἀφελέσθαι μέρος τι τῆς προνομῆς· δηλωθέντων δὲ τῶν ἄλλων, καὶ κομισθέντων εἰς Ῥώμην, ἔσεσθαι συνθήκας πρὸς βασιλέα Ἀντίοχον, ἐφ᾽ ᾧ χρήματα μὲν εἰσοίσει, καὶ χώρας τινὸς ἀποστήσεται. Ἀναγορεύσας δὲ ταῦτα, ἀνακεκράγει μεγάλῃ τῇ φωνῇ, λέγων τάδε. Ἐκ τῆς Ἀσίας ὁρῶ διαβαινούσας δυνάμεις χαλκοστέρνους, καὶ βασιλέας ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνα-

συναγομένους, καὶ ἔθνη παντοδαπὰ ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, ἵππων τε κτύπον, στρατῶν τε ψόφον, καὶ φόνον αἱματόφυρτον, λεηλασίαν τε δεινὴν, πτώσεις τε πύργων, καὶ τειχῶν κατασκαφὰς, ἐρημίαν τε χθονὸς ἀμυθήτου. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ἔλεξεν αὖθις ἐν ἔπεσι τάδε·

Ἡνίκα Νισαῖαι χρυσάμπυκες ἔρχωνται ἵπποι
Βῶσιν ἐπὶ χθόνα δῖαν, ἑὴν προλιπόντες ἐφέδρην,
Οὕς ποτ᾽ ἐν ἄστει τεῦξε Συρηκοσίων πολυόλβων
Δαίδαλος Ἡετίων, φιλίαν πολυήρατον αὔξων,
Δαῖτ᾽ ἐπὶ χαλκείῃ, δεσμοῖς δ᾽ ἐπὶ δεσμὸν ἴαλλεν,
Χρύσεον ἐν δ᾽ αὐτὸν πᾶσιν Ὑπερίονος υἱὸν
Ἥρμοσεν, ἀκτίνεσσι, καὶ ὄμμασι, μαρμαίροντα.
Καὶ τότε σοι, Ῥώμη, χαλεπ᾽ ἄλγεα πάντα τελεῖται.

Ἥξει

pam, ſtrepitumque equorum, & haſtarum fragorem, cædem cruentam, prædationem grauem, ruinam turrium, & murorum deiectiones, ac euaſtationem immenſæ terræ. Secundum hæc rurſum verſus protulit, quorum hæc fuit ſententia:

Niſææ quando frenis auroque ſuperbæ
Egredientur equæ proprijs de ſedibus albæ,
Arte Syracuſis quas in locupletibus olim
Dædalus Eetion iucundæ nobile pignus
Fecit amicitiæ, præſepia ad ærea ſtantes,
Aureaque inter ſe connectunt vincula cunctas:
Quis ſuper inſignis radijs, oculoſque coruſcans,
Inuehitur famoſi Hyperionis inclyta proles;
Tum grauium te, Roma, attinget ſumma malorum.

Nam

Nam magnus veniens exercitus omnia perdet.
Ciuibus orbabit ſora, & vrbes igne cremabit,
Sanguineque implebit riuos, & ſanguine manes,
Seruitioque premet, ſpe libertatis ademta.
Nulla virum è bello reducem tunc fœmina diro
Excipiet: Pluto nigro ſed triſtis amictu
Sub terras rapiet natos, matreſque, patreſque,
Marſque peregrinis coget ſeruire relictos.

Sic fatus, conticuit: egreſſuſque caſtris, quercum quandam conſcendit. ſequentemque multitudinem aduocans, hæc dixit: Mihi quidem, Quirites, cæteriquе milites,

Ἥξει γὰρ στρατὸς εὐρὺς, ὃς οὐ χθόνα πᾶσαν ὀλέσσει,
Χηρώσει δ' ἀγορὰς, ἄστη δέ τε πυρπολαθήσει·
Αἵματι δὲ πλήσει ποταμοὺς, πλήσει δὲ καὶ ἅδην·
Δουλοσύνην τ' οἰκτρὴν, στυγερὴν, ἀτέκμαρτον ἐφέσσει.
Οὐδὲ γυνὴ πόσιν ὄν γ' ὑποδέξεται ἐκ πολέμοιο
Νοστήσαντ', Ἀΐδης δὲ καταχθόνιος, μελανείμων,
Ἕξει ἐνὶ φθιμένοισιν ὁμοῦ τέκνα μητρὸς ἀπείρας.
Ἄρης δ' ἀλλοδαποῖς περιθήσει δούλιον ἦμαρ.

Ἀποφθεγξάμενος δὲ ταῦτα, ἐσιώπησεν, καὶ πορευθεὶς ἔξω τοῦ στρατοπέδου, ἀνέβη ἐπί τινα δρῦν. ἐπακολουθήσαντος δὲ τοῦ ὄχλου, προσεκαλέσατο αὐτοὺς, καὶ εἶπε τάδε· Ἐμοὶ μὲν, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, καὶ οἱ λοιποὶ

στρατιῶται, καθήκει τελευτήσαντι ὑπὸ λύκου πυῤῥοῦ τὸ μέγεθος καταβρωθῆναι ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ· ὑμεῖς δὲ, τὰ ῥηθέντα ὑπ' ἐμοῦ γινώσκετε συμβησόμενα ὑμῖν πάντα, τεκμηρίοις χρώμενοι τῇ νῦν ἐσομένῃ ἐπιφανείᾳ τοῦ θηρίου τε καὶ τῇ ἐμῇ ἀναιρέσει, ὅτι ἀληθῆ εἴρηκα, ἔκ τινος θείας ὑποδείξεως. Τοσαῦτα δὲ εἰπὼν, ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀποστῆναι, καὶ μηδένα κωλῦσαι τὸ θηρίον προσελθεῖν, φάσκων· ἐὰν ἀποστρέψωσιν, οὐ συνοίσειν αὐτοῖς. ποιήσαντος δὲ τοῦ πλήθους τὸ προσαχθὲν, οὐκ εἰς μακρὰν παραγίνεται ὁ λύκος. ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Πόπλιος, κατέβη ἀπὸ τῆς δρυὸς, καὶ ἔπεσεν ὕπτιος· ὁ δὲ λύκος, ἀνασχίσας αὐτὸν, κατεδαίνυτο πάντων ὁρώντων. ἀναλώσας δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ, πλὴν τῆς κεφαλῆς, ἐτράπετο εἰς τὸ ὄρος. Προσελθόντος δὲ τοῦ ὄχλου, καὶ βουλομένου ἀνελέσθαι τὰ ἀπολελειμμένα, κτερίσαι τε αὐτὸν νομίμως· ἡ κεφαλὴ, κειμένη ἐπὶ τῆς γῆς, ἀνεῖπε τοὺς στίχους τούτους.

Μη

lites, conuenit vt à lupo rufo magno vorer hodie. Vos autem ſcitote, euentura vobis omnia, quæ prædixi: ac vera me, numine quodam demonſtrante, prædixiſſe, hoc certiſſimo intelligite ſigno, quòd mox lupus aderit, & me interficiet. Hæc locutus, diſcedere eos iuſſit, & lupum non impedire, quo minus accedat, dicens: ſi eum arcerent, malè id ipſis verſurum. Obtemperante dictis multitudine, paulo pòſt acceſſit lupus. quem quum videret Publius, de quercu deſcendit, & ſupinus concidit. lupus autem eum laniauit, & vorauit, omnibus videntibus. cumque, præter caput, omnia conſumpſiſſet, montem petijt. Porrò turba accedente, & reliquias tollere, ac ſepelire, vti leges iubebant, volente; caput, humi iacens, hoc carmen pronunciauit.

Non contingе caput noſtrum; fas non ſinit illos,
Quos animo inſenſo Iouis odit filia Pallas,
Contrectare caput ſacrum. tu tangere ceſſa,
Et, quæ vera canam tibi nunc, oracula ſerua.
Dirus in has mittet Mars agmina fortia terras,
Qui nigrum armatas turbas demittet ad Orcum;
Proſternetque ſolo turres, & mœnia longa:
Noſtras diuitias, teneram & cum coniuge prolem
Abripiens, Aſiæ vehet ille per æquor in oras.
Hæc tibi fata canit veracia Phœbus Apollo
Pythius. is forti miſſo me, crede, miniſtro
Ad ſedes duxit, quas obtinuêre beati,

Quã

Μὴ ψαῦ' ἡμετέρης κεφαλῆς· οὐ γὰρ θέμις ἐστὶν
Οἷσιν Ἀθηναίη χόλον ἄγριον ἐν φρεσὶ θῆκεν,
Ἅπτεσθαι θείοιο καρήατος, ἀλλὰ πέπαυσο·
Μαντοσύνην τ' ἐπάκουσον, ἀληθέα ἥπερ ἐρεῖ σοι.
Ἥξει γὰρ χθόνα τήνδε πολὺς καὶ καρτερὸς Ἄρης·
Ὃς λαὸν μὲν ἔνοπλον ὑπὸ σκότον ἀΐδι πέμψει,
Ῥήξει δ' αὖ λιθίνους πύργους, καὶ τείχεα μακρά·
Ὄλβον δ' ἡμέτερον, καὶ νήπια τέκν', ἀλόχους τε
Μάρψας, εἰς Ἀσίην ἄξει, διὰ κῦμα περήσας·
Ταῦτά σοι εἴρηκεν νημερτέα Φοῖβος Ἀπόλλων
Πύθιος, ὅς μοι ἑὸν κρατερὸν θεράποντ' ἐπιπέμψας,

Ἤγαγεν εἰς μακάρων τε δόμους καὶ
Περσεφονείης.

Ἀκούσαντες δὲ τῶν ἐπῶν τούτων, οὐ μετρίως ἐταράχθησαν. ἱδρυσάμενοί τε ναὸν Ἀπόλλωνος Λυκίου, καὶ βωμὸν, οὗ περ ἔκειτο ἡ κεφαλὴ, ἐνέβησαν εἰς τὰς ναῦς, καὶ ἀπέπλεον ἕκαστος ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας. καὶ συνέβη ἅπαντα, τὰ ὑπὸ τοῦ Ποπλίου ῥηθέντα γενέσθαι.

ΚΕΦ. Δ΄.

Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἡσίοδος, καὶ Δικαίαρχος, καὶ Κλίταρχος, καὶ Καλλίμαχος, καὶ ἄλλοι τινες, περὶ Τειρεσίου τάδε. Τειρεσίαν, τὸν Εὐμάρους, ἐν Ἀρκαδίᾳ ἄνδρα, ὄντα ἐν τῷ ὄρει τῷ ἐν Κυλλήνῃ, ὄφεις ἰδόντα ὀχεύοντας, τρῶσαι τὸν ἕτερον, καὶ παραχρῆμα μεταβαλεῖν τὴν ἰδέαν· γενέσθαι γὰρ ἐξ ἀνδρὸς γυναῖκα, καὶ μιχθῆναι ἀνδρί. τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος αὐτῷ χρήσαντος, ὡς ἐὰν, τηρήσας ὀχεύοντας, ὁμοίως τρώσῃ τὸν ἕνα, ἔσται οἷος ἦν· παραφυλά-

Quâ manes inter Proſerpina candida regnat.

Quod cum audiuiſſet multitudo, non leuiter perturbata, fanum poſuerunt Apollini Lycio, ſiue Lupino: aramque, eo loco, vbi caput iacebat. tum, nauibus conſcenſis, domum quiſque ſuam nauigarunt. Cæterùm euenerunt omnia, quæ erant à Publio prædicta.

Cap. IV.

Iam Heſiodus, Dicæarchus, Clitarchus, Callimachus, aliíque nonnulli, de Tireſia hæc narrant. Tireſiam, Eumaris F. in Arcadia cum eſſet mas, in monte Cyllene ſerpentum, quos coire videbat, alterum vulneraſſe: illicoque, mutato ſexu, in fæminam mutatum eſſe, ac cum viro concubuiſſe. Monitum autem oraculo Apollinis, vt, cum coëuntes ſerpentes iterum deprehendiſſet, alterum itidem ſauciaret, ita enim

enim in priſtinum ſexum rediturum, obſeruata opportunitate, conſilium Dei fuiſſe exſecutum, itaque recuperaſſe priſtinam naturam. Porrò Ioue cum Iunone altercante, illoque contendente, plus voluptatis è re venerea fæminas percipere quàm viros, Iunone contrarium aſſerente; placuiſſe, vt accitus ea de re pronunciaret Tireſias, vtpote vtrunque ſexum expertus. Hunc interrogatum, reſpondiſſe; decem in partes voluptate iſta diuiſa, vnam viro, nouem mulieri obtingere. Iunonem iratam, eum oculis confoſſis excœcaſſe: Iouem ei vaticinandi artem dono dediſſe, & vitam VII ſeculorum.

CAP. V.

Iidem perhibent, apud Lapithas Elato regi filiam fuiſſe, nomine Cænidem. cum hac Neptunum congreſſum, promiſiſſe,

φυλάξαντα τὸν Τειρεσίαν, ποιῆσαι τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ῥηθέντα, καὶ οὕτως κομίσασθαι τὴν ἀρχαίαν φύσιν. Διὸς δὲ ἐρίσαντος Ἥρα, καὶ φαμένου, ἐν ταῖς συνουσίαις πλεονεκτεῖν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀνδρὸς τῇ τῶν ἀφροδισίων ἡδονῆς, καὶ τῆς Ἥρας φασκούσης τὰ ἐναντία, δόξαι αὐτοῖς μεταπεμψαμένοις, ἐρέσθαι τὸν Τειρεσίαν, διὰ τὸ τῶν τρόπων ἀμφοτέρων πεπειρᾶσθαι. τὸν δὲ ἐρωτώμενον, ἀποφήνασθαι· διότι μοιρῶν οὐσῶν δέκα, τὸν ἄνδρα τέρπεσθαι τὴν μίαν, τὴν δὲ γυναῖκα, τὰς ἐννέα. τὴν δὲ Ἥραν, ὀργισθεῖσαν, κατανύξαι αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ποιῆσαι τυφλόν· τὸν δὲ Δία, δωρήσασθαι αὐτῷ τὴν μαντικὴν, καὶ βιοῦν ἐπὶ γενεὰς ἑπτά.

ΚΕΦ. Ε'.

Οἱ αὐτοὶ ἱστοροῦσι κατὰ τὴν Λαπιθῶν χώραν γενέσθαι Ἐλάτῳ τῷ βασιλεῖ θυγατέρα, ὀνομαζομένην Καινίδα. ταύτῃ δὲ Πο-

σιδῶνα μεγάλα ἐπαγγείλασθαι, ποιήσειν αὐτῇ, ὃ ἂν ἐθέλῃ· τὴν δὲ ἀξιῶσαι, μεταλλάξαι αὐτὴν εἰς ἄνδρα, ποιῆσαί τε ἄτρωτον. τοῦ δὲ Ποσειδῶνος κατὰ τὸ ἀξιωθὲν ποιήσαντος, μετονομασθῆναι Καινέα.

ΚΕΦ. ς΄.

Καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ, τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ ποταμῷ, ἐγένετο ἀνδρόγυνος, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀντιπάτρου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Βινικίου, καὶ Τίτου Σταλιλίου Ταύρου, τοῦ Κυρβιλίου ἐπικληθέντος. παρθένος γὰρ, γονέων ἐπισήμων, τρισκαιδεκαέτης ὑπάρχουσα, ὑπὸ πολλῶν ἐμνηστεύετο, οὖσα εὐπρεπής. ὡς δ' ἐνεγγυήθη ᾧ οἱ γονεῖς ἐβούλοντο, ἐνστάσης τῆς ἡμέρας τοῦ γάμου, προϊέναι τοῦ οἴκου μέλλουσα, αἰφνιδίως πόνου ἐμπεσόντος αὐτῇ σφοδροτάτου, ἐξεβόησεν· ἀναλαβόντες δὲ αὐτὴν οἱ προσήκοντες, ἐθεράπευον, ὡς ἀλγήματα ἔχουσαν κοιλίας, καὶ στρόφους τῶν ἐντός· τῆς δὲ ἀλγηδόνος ἐπιμενούσης τρισὶν

ἡμέραις

miſiſſe, facturum ſe ei quodcunque vellet. ipſam petijſſe, vt ab eo in virum mutaretur, fieretque invulnerabilis. præſtitiſſe id Neptunum, nomenque viro Cæneus factum.

Cap. VI.

